





ALBERT
MAGNI
DE SECR
MULIER
1499
INCUNABULI
E
6
11
Biblioteca Nazionale
Centrale - Firenze









Albertus magnus de secretis mulierum cum commento



¶ Liber Alberti magni de ſecretis mulierum cum expoſitiõe Henrici de ſaxonia eius diſcipuli.

AD LVCIDIOrem notitiam ſequentium habendá uidelicet de ſecretis mulierũ aliqua p̄ambula ſunt prænotãda. Primo queritur quot ſint cauſæ & quæ ſint. Secũdo quid ſit ſubiectũ. Tertio quis titulus & cui parti phyloſophiæ ſupponatur. ¶ De primo ſciendum ꝙ non ſunt plures cauſæ aſſignãdæ alicuius ſcientiæ propriæ loquẽdo q̃ duæ. ſ. cauſa efficiẽs: & finalis. ¶ Quod autem nulla ſcientia habeat cauſam materialem uel formalem probatur ſic: nullum accidens habet cauſam materialem: ſed omnis ſcientia eſt accidens: ergo & cætera diſcurſus eſt bonus incelarẽt: & maior patet ſecundo methaphy. ubi dicitur ꝙ nullum accidens componitur ex partibus alterius & alterius ratiõis & minor probatur ſecũdo de anima ubi dicitur ꝙ ſciẽtia eſt in anima ſicut accidẽs in ſubiecto. ¶ Ex hoc ſequitur correlarie ꝙ ſcientia eſt accidens quia ſecundum Ariſt. nulla ſubſtantia eſt in ſubiecto. Quod etiam non habeat cauſam formalem probatur ſic: illud quod non componitur ex partibus alterius & alterius rationis non habet cauſam formalem ſcientia eſt huiuſmodi ergo & cætera. ¶ Verum tamen ad ſaluandos antiquos poſſumus dicere ĩproprie ſiue methaphorice ꝙ ſcientia habeat cauſam materialem: uocando illud materiam quod ſcitur per ſcientiam uel illud circa quod uerſatur ſcientia: ſcilicet obiectum ſcientiæ: ſicut oculo eſt materia uiſio: quod ſatis miſere ſonat: & ſic forte intellexerũt antiqui. ¶ Eodem modo poſſumus dicere de cauſa formali intelligendo per ipſam debitũ modum uel ordinem alicuius ſciẽtiæ & iſtæ modus uel ordo ſciẽtiæ nõ diſtinguitur ab ipſa ſciẽtia ex quo patet improprietas: antiquorum. ¶ Cauſa autẽ efficiens dicitur fuiſſe dominus Albertus qui compoſuit præſentem tractatum. Quod tamen proprie loquendo non eſt uerum probatur id quod non eſt: nõ eſt cauſa efficiens ſcientiæ nũc exiſtentis: ſed dominus Albertus non eſt quia iam dudum eſt corruptus ergo & cætera. ſed improprie loq̃ndo dicimus ꝙ dominus Albertus eſt cauſa efficiens huius ſcientiæ: propterea quia ordinauit nobis unum librum de quo alii libri ſunt ſcripti quouſq; præſentes libri uenerunt ad notitiam noſtram. ¶ Ex illo infero correlarie ꝙ plures poſſunt eſſe cauſæ efficientes unius ſcientiæ ex quo poſſunt informare aliquẽ iſta ſcientia. Et etiam liber poteſt eẽ cauſa efficiens quia aliquis poteſt ſtudere intus unam cõcluſionem uel

duas ex libro. ¶ Causa uero finalis est duplex finis ītra & finis extra finis intra est agnitio eorum quæ docētur in hoc libro: finis extra est ut cognito hoc libro: habeamus facilē accessum ad alios libros naturales. ¶ De subiecto autem sciendum ꝙ fatuum est querere quid sit subiectum alicuius sciētiæ sine distinctione: propter quod sciēdum ꝙ subiectū capitur tripliciter. Vno mō pro subiecto exñtiæ & sic dr̄ ꝙ anima est subiectū cuiuslibet scientiæ quia omnis scientia est in anima sicut dictum est. Alio modo capitur subiectum pro subiecto propositiōis: & sic dicit̄ ꝙ multa sunt subiecta istius sciētiæ: nam multæ sunt propositiones in hac scientia. Tertio modo dicitur subiectum attributionis: hoc est unus terminus cōmunis qui potest prædicari de pluribus uel de omnibus quæ docentur in illa scientia & sic dico ꝙ subiectum istius scientiæ dicitur esse femella cū suis secretis: uel alio modo secretum generātium & generabiliū. Cui parti phylosophiæ supponatur: dicendum ꝙ naturali quis libri titulus.

¶ Tractatus Henrici de saxonia Alberti magni discipuli de secretis mulierū quē ab Alberto excerpsit fœliciter Incipit. Capitulum primum.


ILECTo sibi ī xpo socio Ioāni. Henricus de saxōia uere sapientiæ & uite præsentis in xpo Iesu incrementa cōtinua cum uestra fauorabilis: atq; gratuita societas me rogaret. ut q̄dam uobis de his q̄ sunt apud mulieꝝ naturā & cōditiōes occulta & secreta māifestaré. uisā petitiōe nulla pigritia a cōpilatione breuis ac cōpēdiose tractatuli de īpetrata materia me retraxit. Sed pusilla & iuuenalis mēs mea secundum possibilitatem & tēporis oportūitaté licet ad aliena retrahitur tamen cupiens appetitui satisfacere hanc p̄sentem epistolam in qua plura inuenientur de impetratis locis stilo phylosophico & in

parte medicinali prout meli-
us uidetur competere nunc
asscribo. Rogans uestre melli
flue cōsciētiæ cōstātiā ut ī hoc
ope ac negotio cōstans sitis &
celās ne alicui puero℞ tā etate
q̄ moribus denudatio ad p̄sē
tiam ueniat uobis plura de
his & de aliis p̄mittens tēpore
succedēte ꝑut mechodus īsu
dauerit domino concedente.
¶ Diuiditur iste liber prima diui-
sione in quattuor tractatus. In prio
determinat de formatiōe embrio-
nis & de influētiis planetarū: In se-
cundo ꝑtractat partu ipsius fetus &
cū hæc quædā accidētia siue ꝓprie
tates speciales circa fœt⁹ exitū ꝓue
nientes. In tertio ostendit signa cō
ceptionis & impedimēta eiusdē &
cū hoc signa uirginitatis castitatis
& corruptionis. In quarto & ultio
tractatu declarat naturā spermatis.
quid sit sperma. Secunda ibi nunc
autē. Tertia ibi. Finito uero sermo
ne. Quarta ibi anteq̄ uero finem.
¶ Primus titulus iteꝝ diuiditur
ī quinq̧ capitula. In prio ponit par
tē ꝓhemialē. In secūdo ponit quæ
dā p̄ambula ad intētū ualentia. In
tertio ꝑtractat generationē embri
onis ī matrice. In quarto formatio
nē eius, ostēdit in utero materno.
In quinto declarat quædā omissa
ut magis lucide possit ostēdere ꝙ
ī mattice mulierū plures fœtus pos
sūt generari. Secūda ibi sicut scribi
tur. Tertia ibi postq̄ autē. Quarta
ibi istis uisis Quinta ibi ē aūt &c.
¶ Primū etiā capitulū diuiditur ī
quinq̧ partes. In prima dirigit salu
tationē. Secūdo narrationē petitio
nis eius. Tertio ostēdit quā petitio
nē uoluit adimplere. Quarto ostē
dit ꝙ ipsā potuisset merito negas-
se. Quinto dirigit petitionē. partes
patebunt & legantur simul propter
breuitatē. und sententia sua ē ista
ꝙ ipse intēdit exquo ipse fuerat ro
gatus ut cōponeret unū tractatū de
secretis mulierū ipse Albertus re-
scribit socio suo unā missulā quæ
missula hic in principio ponitur an
teq̄ uerus textus inchoetur. Et bre-
uiter ista est sententia ꝙ ipse man-
dat socio suo amicabilē salutatio-
nem & continua incremēta huius
p̄sentis uite docet esse & ibi. Cū ue
stra &c. uoluit sic dicere. Exquo ue-
stra uenerabilis societas supplica-
uit ꝙ uobis aliqua scriberem de se
cretis mulierū: tūc uisa petitione ue
stra nulla tarditas me detinuit. nam
cōposui de hoc unū breuē tractatū
Sed pusilla &c. Hic apponit quare
si placuisset potuisset denegare peti
tionē ipsius nā illo tp̄e fuerat īpedi
t⁹ arduis negotiis nō tamē pp̄ hoc
renuere uoluit supplicationi eius.
ut ad suā instātiā istū librū ederet.
Et ē sētētia ꝙ ipse rogat ipsū instā
ter ut nō debeat reualere alicui pue

ro tā etate q̄ etiā morib⁹ hūc lib℞.
¶ Circa primā partē notandū qđ dicit apud mulierū naturā ꝙ ipſa ſe mella deficit i calore ,ppterea pati tur hoc ſecretū.ſ.fluxū menſtrorū. Cuius cā ē qa ratiōe frigiditatis nō pōt eē ſufficiēs digeſtio uel deco. ctio materie.& ideo relinquitur ibi aliquid ſupfluū qđ qdē īdigeſtū ē. tūc natura ſagax ordinauit debito tpe ei trāſitū ut a corpe fœminæ ex pelleret̃ ne pp hoc pateretur graua mē & īfirmitates. ¶ Scđo notādū qđ dicit i lr̃a iuuenilis mea mēs & puſilla de hoc deuitat arogātiā oñ dēdo ſuā hūilitatē ut patet ītuēti.
¶ Præterea notādū qđ dicit pue. ro &c.ꝙ duplex eſt puer .ſ. etate & moribus.ſ.qui inepte uiuit . Vnde dominus Albertus rogat ſocium ſuū ꝙ nulli ho℞ debet notitia iſta tradi ī hoc libro data nō prio pue. ro.ſ.etatc.quia nō itelliget.& ſi ali quid intelligeret forſan male pci. peret.Non etiā ſecūdo puero.ſ.mo ribus.qa hæc doctrina nō ualet ea utēti iepte & male uiuēti ī morib⁹.

Capitulum ſecundum.


Icut ſcribit̃ ſecūdo de generatiōe & cor ruptiōe : generatio aīaliū ē ſempiterna & ideo in circuitu. Cauſā aūt ſempiter nitatis ī generatiōe aīaliū ſup præmā dat philoſophus ſecū do de aīa dicēs ꝙ naturaliſſi mū operū ē unū qđq; ſibi ſi mile generar̃ q̄ cū diuio & im mortali deo participat ꝙ oīa appetunt ꝙ idē qdē pmaneat nō idē ī numero ſed idē ī ſpe cie pp qđ dicit cōmētator ꝓ mo de aīa ꝙ ſollicitudo diui na cū nō potuit ipſū facere p manere idē ſcđm numerū mi ſerta ē ei dādo uirtutem q̄ po tuit pmāere ī ſpecie.& ſubdit ī hoc enī nō ē dubiū qa meli⁹ ē hr̃e hāc uirtutē q̄ nō habere.
¶ Hoc ē capitulū ſcđm huius tra. ctatus & cōtīuatur ſicut ꝑus.Poſtq̄ expediuit ſe autor de quibuſdā po. ſitis in ,phemio iſtius libri. Hic po. nit quædā præambula ad ſuum ꝓ. poſitum ualentia.& ſūt duo. ſcđm ibi ideoq; &c. Vnde prímo inten. dit ponere concluſionem primam huius libri & eſt iſta.Generatio aīa lium eſt ſempiterna.probatur ex lit tera ſic illud ē ſempiternum quod participat eſſe diuino & immortali ſeu quod ineſſe perpetuo conſerua tur prout ſibi conuenit generatio animalium ē huiuſmodi.ergo &c. maior patet ex eo ꝙ omne diuinū eſt perpetuum ut patet ſecundo me tha.quia eſt inuariabile & immuta bile ſecundum philoſophum & cō

mentatorē ibidē minor patet ex di
ctis Arist. i secūdo de aīa quem au-
tor allegat in littera ut patet in tex-
tu. Circa litterā primo notandū ꝙ
dicit naturalissimū opeꝝ est. Posset
aliquis dicere cōtra. masculus gene
rat femellā & mulier masculū ergo
ista littera est falsa cōsequētia patet
& assumptum est experientia. Res-
pondetur masculum & fœminam
esse idem ē dupliciter uel eiusdem
naturæ specificæ & esse uitæ & sic ē
ueꝝ. Alio modo secundum dispo-
sitiones corporales quātum ad mē
bra principalia corporis. & sic non
est ueꝝ qđ patet intuenti. Sed con
tra hoc arguitur secūdū Auicē. ꝙ
membra principalia sunt cor & ce-
rebꝝ & illa habent idem: igitur so
lutio nulla. Respondetur ꝙ mēbra
principalia duplicia sunt: quædam
sunt principalia uitæ q̄ faciunt ad
esse uitæ. Alia sunt q̄tum ad actum
generādi quæ faciunt adesse speci-
ficum conseruādū ut mēbra genita
lia. Ad propositum dico ꝙ mulier
& uir habent bene membra similia
quātū adesse uitæ sed non quantū
ad actū generandi. Vnde secundū
medicos licet fœmina non habeat
membra disposita ab extra puta ge
nitalia. habet tamē ad intra testicu
los affixos matrici uersus dorsum
& spermatis aut tanq̄ uiri & discur-
rit semen ab ipsis propter delecta-
tionem sicut saliua ab ore famelici.
Item ē notandū ꝙ ad generationē
plura requiruntur. Primo mas &
fœmina. & ideo natura ordinauit.
ita ꝙ mas sit naturꝛ siccæ & calidæ.
& fœmina feigidæ & hūidæ ꝓpor-
tionaliter ītelligendo. Secūdo req
ritur ad generationē ꝙ habeāt mē
bra genitalia sicut mēbrum uiri &
mēbrum mulieris. Tertio requirit
ꝙ sint debite disposita. s. ꝙ uirga ui
rilis nō sit nimis breuis nec nimis
longa: & ꝙ aliquod membrum ap
positum sit bene dispositum. Iu-
xta quod notandum ꝙ tria sunt in
coitu. appetitus ex cogitatione fan
tastica & ex spiritu & humore appē
titus ab epate & a corde consequēs
& a cerebro quia quando talis mo
tus fit ī coitu tunc omnia membra
corporis calefiunt per coitum & ca
lorem eriguntur & humor qui est
in cerebro p uenas attrahitur & ad
testiculos mittitur & p uirilē uirgā
eiicitꝛ. nā ut dicit Ipocras quæcūq;
uene qua post aures dicūtur extēse
diminute ꝓcedunt: generare non
possunt nam si aliquid dimiserint
uel eiecerint in coitu non est semē
sed aqueus humor. & ideo de illo
nullus cōceptus fieri potest: & hoc
etiam accidit illis qui ultra modū
actum luxurie solēt exercere ꝙ nō
emittunt semen sed humorē aquo
sum & aliquando saniē quod mul
tum perriculosum est.

¶ Causa est qa ista animalia
& præcipue hoīes secundū nu
meꝝ non dicātur permanere
scribitur ī tertio de generatiōe

& corruptiõe quorum ĩcorrupti bilis ẽ substãtia mota maĩfestũ quoniã & numero eadem erũt mot⁹ enĩ seqtur illud qđ mouetᷣ quorum aũt nõ sed corruptibilis specie nõ aũt numeco reiterari substantia aũt hominis scđm principia indiuiduæ accepta corruptibilis est cum scđm sensum subiaceat.

¶ Hic adducit causam cuiusdam superius dicti qa dictũ erat ꝙ indiuidua non possunt ꝑmanere secundũ esse eorum indiuiduale & materiale de hoc reddit causam & patet ĩ littera & potest formari ratio per conclusionem prius positam ex litera. Cuiuscunq₃ substantia est corruptibilis illius generatio ẽ eterna. sed substãtia aĩalis siue hoĩs ẽ corruptibilis ergo &c. De ista rõe sic ꝑcedit prĩo ponit maiorẽ deĩde mĩorẽ ibi substãtia enĩ hoĩs. Sed diceret aliqs si littera esset uera sequeretur ꝙ deus nõ esset oĩpotẽs qđ est falsũ. qđ ꝓbatur nã deus nõ potest hoĩem eternaliter cõseruare ergo aliqd est quod deus nõ põt facere. ergo nõ est omnipotẽs Respondetur q deus est oĩpotẽs rõne possibiliũ & nõ ĩpossibiliũ uel illorum quæ implicãt cõtradictionẽ. Itẽ diceret aliquis auctor dicit ĩ littera ꝙ generatio sit sempiterna cõtra oẽ id qđ incipit esse nõ ẽ sempiternũ. sed generatio incipit esse ergo &c. maior patet uirtute istius termini incipit minor patet quia adã fuit primus hõ. Respondetur phisice loquẽdo negãdo minorẽ. de adã dicit Auerrois & bñ concedit ꝙ Adã fuit hõ de quo adhuc hẽtur mẽoria apud oẽs. sed nõ cõcedit ipsũ fuisse primũ hoĩem. Itẽ nota ꝙ dicit in lrã ꝙ ĩpossibile sit eũdem hoĩem generari sub idẽtitate generali. Cõtra secundum ptolo. & Pla. idem homo numero põt regenerari ergo hoc est falsum consequentia tenet. assũptum patet per eos unde dicunt ꝙ post magnum annum uidelicet post. 36000. nnorum redeunt & regenerantur & dicunt ꝙ infinities sumus regenerati. Et ipsi respõdẽt ibidem ad argumentum qđ posset fieri contra ipsos. quia aliquis diceret quare hæc nescimus dicunt ꝙ fantasia nostra & memoria illarum ẽ corrupta ideo non possumus recordari. sed breuiter ista opinio nõ sustinetur intelligendo illam sicut sonat. quia est contra fidem & cõtra dicta Aristote. Sed tamẽ possumus saluare dictum ipsorum ꝑ talem modum ꝙ iste annus esset completus. puta quãdo ẽ facta reuolutio octaue spere quæq₃ per. 100. annos mouetur uno gradu tũc animalia multum his similia operatiõibus & dispositionibus redibunt: & hoc bene conceditur. quia non est contra fidem si mundus ita diu stabit.

¶ Ideo generatio hominibus est perfectissima hoc probatur sic homo est perfectissima & nobilissima creaturarum quod patet per phylosophum in multis locis & præcipue primo de anima qa quanto plures operationes aliquis habet tanto nobilior est: sed homo per potentiam intellectiuam separatur ab uno quoque uiuentium ut ibidem patet: hoc idem est de intentione omnium phylosophorum & præcipue boetii secundo de consolatione phylosophiæ ubi dicit quod homines deo mente consimiles hoc etiam patet per phylosophum tertio physicorum ubi cum ad humanam naturam in sorte & in alio particulariter existenti sit motus qui generatio dicitur & perfectissima inter omnium animalium generationem & cum perfectissimum sit illud quod maxime appetitur ab intellectu nostro uere inter ea quæ sunt eiusdem generis. Generatio quæ est motus de non esse ad esse maxime appetitur & præcipue hominis quia hic inter omnes motus excellens est in nobilitate.

¶ Hic adducit secundum præambulum ualens ad intentum suum & est sententia finaliter in hoc quod homo est nobilissima creaturarum quod ipse probat in littera multis autoritatibus ut patet intuenti. Et ex ista littera traditur conclusio secunda & est ista: generatio hominis est perfectissima: congruum est enim quod nobilissima creatura habeat nobilissimam perfectionem alias probatur sic id quod habet pluref generationes quam omnia animalia: illud est nobilissimum homo est huiusmodi ergo &c. maior manifesta est & minor patet: qa ipse hom o habet animam intellectiuam per quam differt ab omnibus animalibus. Item antecedens confirmatur per multas autoritates phylosophiæ moralis & naturalis ut patet in littera & alias confirmatur per Aristo. in primo de animalibus ut dicit quod nobilissimum & altissimum est ipse homo Item in primo ethicornm homo inter omnes creaturas ordinatur ad summam fœlicitatem: postea autor confirmat conclusionem ibi & cum perfectum. Et arguit sic in littera illud est perfectissimum quod maxime appetitur ab intellectu nostro: sed inter ea quæ sunt eiusdem generis generatio hominis est huiusmodi: ergo &c. maior est manifesta: &

minor patet qa generatio est motus de nō esse adesse: & eē maxime appetit̄ & p̄cipue ab hominibus ¶ Et ītelligit̄ de motu uariāte aliquo mō sup qd̄ mouet̄ & p hoc excluditur mot⁹ prius q ē cā oīum alio℞ ut dr̄. viii. phico℞ & prīo cœli & mūdi.

¶ Hic remouet dubiū q sic īcidit nā prius dixit q gn̄atio hoīs ē motus & ē pfectissima: ex hoc aliquis posset credere q gn̄atio hoīs esset excellētior & nobilior q̄ prius motus qd̄ ē falsum qa talis ē cā oīum alio℞ ut patet. viii. physico. & prīo cœli. Istud dubium remouet autor & dicit q dictū suū ītelligit̄ de motu uariāte ip̄m mobile ut patet ī littera & p hoc excluditur motus primi mobilis: uñ motus uariās dicit̄ mobile motū corrūpēs q fit cū abiectione cōtrarii. Postea autor dat modū p̄cedēdi: ibi ī hoc ergo &c. & uult dicere q primum suum capitulum ostendit de embrionis generatione & de illis quæ sūt occulta apud naturam mulierum. Nota q embrio dr̄ una massa carnis ex semine uiri & menstruo mulieris coagulata ut post ea meli⁹ patebit.

Capitulum tertiū



OST q̄ autē sermo nr̄ p̄missus de his q̄ ītellectui audito ris occulta sunt quæ circa stili materiam operis descendere & prius de generatione embrionis uidetur.

¶ Capitulū tertiū ī quo. d. Al. p̄sequitur ītētū suū pricipale. s. gn̄ationē embriōis & prīo facit hoc: scd̄o remouet dubiū ibi sed ex his q̄ dicta sūt &c. pria pars diuiditur ī tres partes. prīo declarat gn̄ationē embriōis. scd̄o ostēdit modū p quē generatur. tertio declarat quoddā dictū. scd̄a ibi istis uisis. tertia ibi cōcipere āt. pria ēt ī duo. prīo cōtinuat se ad dicēda. scd̄o p̄sequit̄ ītētū ponēdo unum notabile. ibi iuxta qd̄ notādū: sententia patet in littera q tota uīs stat in hoc q prīo uoluit declarare generationē embrionis.

¶ Iuxta quod notādum est & diligenter memoriæ commendandum q omnis homo qui naturaliter generatur ex semine patris & menstruo matris generatur secundum intentionem omnium physolosophorum & medicorum. Et dico medicorū qa Aristoteles nō ponit semē patris in substātiā fœtus reddere: sed ad generationē & formationē fœtus tātū p̄ducere & po

stea pōit ipm̄ euaporabiliter exalare. Medici autē dicūt totū semen tā ex parte patris ꝙ sperma dicitur q̄ ex parte matris quod mēstruum dicitur cadere in substātiam fœtus.

¶Hic Albertus quoddā notabile ponit ualēs ad intētū suū & ponit duas opiniōes cōtrarias de formatiōe embriōis. Pria opinio ē medicoꝝ. scđa phylosophoꝝ. Vn̄ medici dicūt ꝙ tā semē patris q̄ etiā mēstruū matris cedere i substātiā fœtus. Aristo. aūt uoluit & alii phylosohi ꝙ semē ipsius patris nō cedit in substantiā fœtus sed disponit semē ipsius matris ad formationem embriōis & postea dicūt ipm̄ euaporabiliter exalare & ista est sentētia autoris. Ex illa littera trahit cōclusio quarta huius libri & est embrio generat in utero materno ex semine patris & mēstruo matris ꝓbatur sic. Ex eodem generatur embrio & homo: sed homo generat ex semine patris. ergo & cætera. de ista ratione minorem tantum ponit in littera. Diceret aliquis possibile est hominem naturaliter generari absq; semine ergo littera falsa cōsequentia est clara. Assumptum probatur per Auicennam in libro de diluuiis ubi dicit ꝙ post magnum diluuium quando uniuersi homines fuerunt submersi homines creuerunt ex cadaueribus mortuorum mediante uirtute cœlesti & hoc confirmans dicit ꝙ generatio gigātium fuit post bellum troianum ex multis cadaueribus mortuorum inuicem cōglutinatis. Dico ꝙ Auicenna dicit falsum ut patet per commētatorem. 2. colliget ubi ipse probat ꝙ homines nō possunt regenerari ex putrefactione sicut cætera animalia. Ad confirmationem dicitur ꝙ ex talibus cadaueribus nō fuerunt gigantes generati: sed ex seminibus parētum per constellationem cœlestem. Vnde sciendum ꝙ dicit commentator ubi supra se quandam puellam habuisse in uicinia cui bene confidebat quæ sibi ueraciter iurauit ꝙ nūquam fuit imprægnata per aliquem uirum & tamen concepit: postulauitq; ab eo remedia: ipse autem Auerrois inquirēs causas hinc inde perscrutatus fuit & inuenit ꝙ fuit balneata in balneo ganelli aq̄ tepide. & ibi subito per attractionē seminis uirilis fuit imprægnata eo ꝙ sperma alicuius uiri fuit emissū in balneo. & tunc membrum mulieris a tota proprietate extraxit sibi semen quantum potuit: & istud possibile esse dicit commētator secundum operationes naturæ: postea prædicta puella quæsiuit auxilium a commētatore ut parere posset ex quo nō fuit corrupta. Cui ipse respondet ꝙ deberet uti actu uenereo & cōuersari cū uiris. Sed hic dubiū est utrum talis puella fuerit

tunc uirgo uel non. Respondetur breuiter ꝙ corruptio est duplex. Quædam est per seminis decisionem. Alia quæ fit per lesionem pellicule uirginitatis scilicet quando ymen frangitur tūc dico ꝙ primo modo fuit corrupta quia attraxit semen & cum hoc emisit: sed secūdo modo non quia pellicula non fuit corrupta. Ex quo sciendum ꝙ plura requirūtur ne ipsum semen in agrum nō proiectum dilabatur Primo ꝙ ipse mas & fœmina cum habent actum uenereum non exerceant ipsum stando: quia tūc semē sursum proiicitur & sursum proiectum dilabitur: quia omne graue tendit deorsum. Secūdo ne coeant iacendo super latera: & ratio est qa semen ad unum latus funditur matrici: & per cōsequens dilabitur & generatio impedit᷑. Tertio ex parte mulieris reqritur ꝙ matrix non sit corrupta quodꝙ orificiū ipsius illesum sit: quia aliter semen nō haberet permanentiam: & requiritur etiam ꝙ matrix non sit nimis immūda uel lubrica: quia ista omnia impediunt. Quarto requiritur debita matricis apertio: qa si in emissione spermatis ipsa matrix nō aperitur tūc ad alium locum mittitur ipsum semē & sic per aliquod tempꝰ magna massa carnea ex hoc generat᷑: sicut accidit pluribus mulieribus iuuenilibus quæ ꝑpter osculá actum uenereum non possunt: tūc propter nimiam attractionem & libidinem tempore nocturno in somniis in dorso iacentes polutionem faciunt emittentes proprium semen tūc hæc pollutio ad loca inferiora circa umblicum se reponit & in magnā massam carnis crescit ita ꝙ uentres earū incipiunt tumescere: & tunc opinantur ꝙ sint imprægnate ꝙ tamen falsum ē: & ab ista tumefactione nō possunt sanari nisi ꝑ regimen medicinale: & uocat᷑ a medicis mala matricis. Quinto impeditur conceptus longitudine uirge: quia dicit Galienus ꝙ nō debet esse lōgior nisi .xi. policis ad plus: ratio est quia si est lōgior tūc semē in matrice dispergeret & per consequens cōceptionem impediret: breuitas ipsius debet esse ad minus unius policis quia si esset breuior tunc orificium matricis nō posset tangere & ꝑ consequens semen emissum ad alium locum flueret ex quo orificium matricis tangere non posset & sic impediretur conceptio & per hoc mulier diuersos morbos incurreret.

¶ Istis autē uisis accepta uia una Aristotelis & alia medicorum nihil hic determino. Vidēdum est per quem modum ista semina recipiantur ī muliere una. & cum mulier in coitu cū uiro fuerit tūc ī eodē tempore emittit mēstruū

in quo tēpore uir ſperma ita
ꝙ illa ſemina in uulua mulie
ris ſibi occurrunt alternati &
unum incipit alteri commi-
ſceri & ſic mulier concipit.

¶ Hic oſtēdit per quem modum generat̄ embrio in muliere ex ſpermate patris & menſtruo matris: & uult littera tantū dicere ꝙ accepta una parte medicorum uel Ariſtot. tunc mulier quādo eſt in coitu cū uiro ſi eodem tempore emittit mēſtruum, in quo uir emittit ſperma ita ꝙ illa ſemina cōcurrunt ſimul ad locum debitum & ꝙ unum cōmiſceatur alteri tunc mulier concipit. Ex illa littera trahitur cōcluſio quinta huius libri & ē illa. Embrio generatur ex ſemine patris & mēſtruo matris debite: in matrice cōceptis: & unitis. Probatur quando cūq; aliqua duo concurrunt ad alicuius tertii generationem tunc tertium generari non poteſt niſi talia adinuicem commiſceātur & in debito loco recipiantur: ſed embrio generatur ex ſemine patris & mēſtruo matris ut dicit cōcluſio quarta ergo &c. Ad intelligendum cōcluſionem ſciēdum ꝙ menſtruum eſt duplex quoddam ē purū quoddam impurum: mēſtruum purum eſt proprium ſemē mulieris quod cedit in ſubſtantiam fœtus & de illo intelligitur littera. Sed mēſtruū impurum ē quædam ſuperfluitas mulieris & īmūditia quæ cauſatur ex indecoctiōe cibariorum ex quo mulier eſt frigidæ naturæ non habens ſufficientem caliditatem qua poſſit decoqui totus cibus & exinde quottidie relinquit̄ ibi aliquid ſuperfluum īmundum de ipſo alimento: & hoc exit omni menſe de muliere ut poſtea in littera melius patebit. ¶ Dubitat̄ hic utrū tempore coitus ſit maior delectatio in uiro q̄ in muliere uel econuerſo. hanc quæſtionem mouet Ariſtoteles in primo de generatione animalium & dimiſſis agrumētis ex utraq; parte reſpondetur unam delectationem eſſe maiorem alia in actu uenereo poteſt dupliciter intelligi. Vno modo intēſiue & ſic maior delectatio eſt in uiro qa ſemen eius eſt calidius. Alio modo extēſiue & ſic maior ē in muliere quia habet duplicem delectationem primo quia recipit. ſecūdo quia emittit ſemen. ¶ Secundo dubitatur utrum tempore coitus delectatio ſit in toto corpore uel tātum in aliquibus membriſ puta in uirga uirili & in membro mulieris reſpōdetur aliquam delectationem eſſe in aliquo dupliciter intelligitur uno modo principaliter. Alio mō executiue modo ad propoſitum dico ꝙ ipſa delectatio in coitu principaliter eſt in membris pertinentibus ad actum coeundi: ſed executiue eſt in omnibus membris: nam omnes uene ibi concurrunt.

Concipere autē uere quando ista semīa ī matrice hoc est in tali loco deputato a natura ad fetum recipiuntur & postquā illa sæmina recepta sunt matrix mulierum clauditur ex omni parte firmiter ita ꝙ nihil de recepto isto potest amitti. & cum matrix fuerit clausa fit undiq; receptio sæminis & menstruorum in mulieribus iuxta quod notā dum ꝙ mēstruū nihil aliud est q̄ superfluitas alimēti qd' in substātia rei cedit & uocatur uiris sperma & menstruū mulierū quia fluit quotlibet mense ad minus semel cum mulier fuerit tāte ætatis hoc est quattuordecim annorum ut frequentius accidit tūc incipit fluxus mēstruoꝝ quotlibet mēse ꝓpter naturæ purgationem. Quibusdam uero mulieribus ille fluxus accidit in nouilunio quibusdam uero ante: quibusdā uero post ita ꝙ nō eodem tempore omnes mulieres istum dolorem patiūtur: & dico dolorē quia in tali fluxu omnes indifferēter grauiter patiūtur: quædā uero plus: q̄dam uero minus quædam uero diutius fluūt: quædam uero citius transferunt. & hoc secundū exigētiā cōmixtionis naturæ mulierū.

Hic declarat quoddam dictum & primo hoc facit: secundo incidētaliter ostēdit quid sit menstruum mulierum: secunda ibi iuxta quod & cætera. primo dicit quid sit concipere. secundo ponit accidens cōsequens mulieres post cōceptionē ibi postq̄ uero: & uult dicere ī omnibus istis partibus: primo ꝙ concipere uocatur quando sæmina in sæmina concurrūt: & postq̄ ista sæmina sunt recepta in matricæ tūc matrix undiq; clauditur ita ꝙ nihil de tali sæmīe potest exire & sic fit retentio menstruorū & tunc declarat quid sit menstruum dicit ꝙ menstruum nihil aliud est nisi superfluum alimenti quod in substātiam rei non cedit sicut & sperma in uiro & ꝓpter hoc uocatur menstruū quia accidit mulieribus quolibet mense cum sint debite ætatis .s. tredecim annorum tunc subdit ꝙ accidit quibusdā mulieribus ille fluxus in nouilunio: aliquibus ante: aliquibus post: & omnes mulie

res habent dolorē in tali fluxu nō
tamē æqualiter: nam quædam ma
gis & quædam minus. Circa istam
partem primo notandū ꝙ matrix
nihil aliud ē nisi quoddam instru-
mentum masculiosum habēs quā
dam pelliculam in qua distinguū-
tur plura habitacula conuenientia
ad generatiōem fœtus & est inter
membrum mulieris & intestina su
pra uesicam in parte superiori. Se-
cūdo nota ꝙ illa matrix habet plu
res cameras habet eñi duas in ori-
ficio concauo quæ sunt orificia ue-
narū de quibus uenis sanguis mē-
struosus exit per membrum mulie
ris post istas duas cameras sunt te
sticuli mulieris: unde secundum
Auerroim in secūdo colliget orifi
cium matricis in uirgine est ualde
crispū & ex ista crispitudine oriun
tur quædam uene habentes pelli-
culam unam contextā duabus tex
turis quarum una tangit longitu-
dinem & est minor & reliqua lati-
tudinem: unde quando tales pelli
cule per uirgam uirilem frangunt
tunc amittit uirginitatem: & tunc
in coitu quando primitus corrum
pitur uirgo sperma in magna co-
pia fluit de membro eius & hoc ē
uerissimum signum ꝙ adhuc fue-
rit uirgo. Itē nota ꝙ ipse dicit mē-
struum in muliere & cætera hoc ē
intelligendum secundum prius di
cta de menstruo puro & non puro
Item nota ꝙ si tēpore coitus sper-
ma cadit ad dexteram partem mu
lieris inde generatur mas: si uero
ad sinistram fœmina. Item nota ꝙ
dicit in littera ꝙ matrix & cætera
& est ratione simile si aliquis habe-
ret unam amicā & daret ei munus
aliquod quod diligeret: tunc ipsa
si timeret perdere clauderet forti-
ter manū sic etiam matrix diligit
tenere semen: & propter hoc forti-
ter clauditur. Item nota ꝙ dicit in
littera ꝙ mulieres incipiunt habe-
re istam infirmitatem .s. menstruo
rum cum sint tredecim annorum
& durat usq; ad annum quinqua-
gesimum sextū. Adde tribus dena
mulieris mēstrua cernas. Ad quin
quagena durat purgatio tanta. Itē
nota ꝙ dicit in littera ꝙ menstruū
mulieris sit superfluum alimēti &
cætera. Vnde intelligendū ꝙ mul
tiplex est digestio: prima est in ore
& illa est quædam masticatio: secū
da est in stomacho & superfluum
eius est stercus: tertia in epate quar
ta est in membris ut medici dicūt
modo sperma uel semen est super-
fluum quartæ digestionis. Sed tūc
diceret aliquis cū ipsi uiri habeant
tertiam digestionem quare tūc nō
habent menstrua. Respondetur ꝙ
tertia digestio est in epate: & ibi ui
get maxima caliditas ī homine id-
circo ibi nō relinquitur aliqua im-
munditia: sed in mulieribus ibi est
debilis caliditas: ideo relinquit ali
quid superfluum. Item nota ꝙ se-
cundum aliquos menstruum dici-
tur esse in trina differentia. Primo

modo menstruũ naturale sicut mẽstruum mulierum. Secũdo modo supernaturale sicut ĩ iudeis. Tertio modo contra naturam sicut in quibusdã christianis melãcolicis per anum & non per uirgam. Quaerere posset quispiam quare in mulieribus impregnatis non fluunt menstrua dicẽdũ ꝙ cõuertũtur in aliquid quia ut habetur in littera duæ uenæ transeunt de matrice ad mamillas & inde menstruũ etiam trãssertur ad mamillas & ibi decoquitur & recipit formã lactis. & tũc iterũ trãssert ꝑ prædictas uenas & & nutrit exinde fœtus ĩ utero materno. Etiã mulieres lactãtes ut sũt nutrices nõ habẽt tãtum de menstruo quantum aliæ mulieres. quia transmutatur ad materiam lactis. Et ideo secundũ Auerroim aliquæ mulieres ut nutrices præcipue non possunt impraegnari licet egregiæ subagitentur. Vnde sciendum est ꝙ non est impossibile ꝙ menstruum fluat ꝑ tres menses post conceptionem. quia fœtus nouus nõ potest totũ recipere. & in hæc decipiuntur multæ fœminæ quæ credũt quando habent menstrua ꝙ tunc non sunt impraegnate. cuius oppositum sæpe uerũ est. Item nota ꝙ ꝓprius locus menstruorũ est in matrice. & transfertur per quasdam uenas existentes ad mẽbrum mulieris per dorsum. & huius signum est quia mulieres tali tẽpore magnũ habent dolorẽ ĩ dorso. Itẽ nota ꝙ quædam lunatio habet quattuor quadras & secũdũ hoc mulieres in illis tẽporibus diuersimode patiuntur quia prima quadra est quãdo nouiluniũ incipit & durat ꝑ octo dies quasi & est sanguinea quia calida & humida. & tunc mulieres cõplexionis sanguineæ patiuntur. secunda quadra est colerica quia calida & sicca. & tunc mulieres colericæ patiuntur. Tertia quadra est melãcolica quia frigida & sicca & tũc mulieres melanconice patiuntur. Quarta quadra ẽ flegmatica quia frigida & humida & tunc mulieres flegmatice patiuntur. Isto tamen non obstante circa plures mulieres menstruum frequenter accidit in fine mensis nam quasi oẽs sunt naturæ frigidæ & flegmatice. Sed diceret aliquis quaŕ bruta animalia nõ habent menstruum Respondetur ꝙ transmutatur in pilos Volunt tamen aliqui dicere ꝙ quædam bruta animalia habent menstruum in parua quantitate.

¶ Sed ex hiis etiã quæ dicta sũt plura dubia oriantur. Primum autem ẽ utrum ille fluxus fit per colorem sanguinis uel per aliquem alium. iuxta ꝙ notandum ꝙ in omnibus præter q̃ in corruptos color menstruorũ sanguuineus est ut in pluribus dico corruptos

ab humoribus

ab humorib⁹ malis & uiſcoſis
In hiis ſepe etiã ſũt mẽſtrua li
uidi coloris & non loquor de
corruptione caſtitatis quia ĩ-
differẽter ſiue corrupte ſiue
uirgines fuerĩt ſiue nõ ſi fue-
rint debite etatis patiũtur flu
xũ & ſigna ad hãc ptẽ quãdo
mẽſtrua fluũt ſũt plura de q
b⁹ ſubſequẽter dicit̃ Scdo no
ta poſſet alicui dubiũ eẽ utrũ
iſta mẽſtrua fluerent per anũ
& hoc humore ſucceſſus aũt
per uuluam fluunt in ſpecie
cruoris ſanguinis tenuis.

¶Hic Al. mouet quædã dubia &
ſũt quattuor p ordinẽ . primũ ẽ il-
lud utrũ mẽſtruũ habet colorẽ ſan
guineũ aut aliũ colorẽ & ipſe ſol-
uit cuius ſolutiõis uirtus ſtat ĩ hoc
q oẽs mulieres nõ corrupte habẽt
mẽſtruũ ĩ colore ſãguĩeo ſed quæ
corrupte ſũt habẽt mẽſtruũ liuidi
coloris uel lutei uel uinei . & expo-
nit quid p corruptas ĩtelligat dicẽs
q nõ ĩtelligit de corruptõe uirgini
tatis ſeu caſtitatis ſed ĩtelligit illas
mulieres q̃ habẽt humorẽ uiſcoſũ
putridũ & corruptũ.Scdm dubiũ ẽ
iſtud utrũ iſta mẽſtrua fluãt p anũ
mulieris mor̃ ſeceſſus uel p uuluã
more piectiõis urine.Et ſoluit.d.q
p uuluã mulieris ſicut crud⁹ ſãguis
& tẽuis.Et primo nota q iſtud du
biũ rõnabiliter ẽ motũ qa color ẽ
quoddã accidẽs qd̃ ẽ q̃litas ſcdm
qd̃ ex pmixtiõe primaꝝ q̃litatũ ge
nerat̃ ſicut dicit primo de aĩa ĩ phe
mio q accidẽtia magnã ptẽ conſe
rũt ad cognoſcendum q quid eſt
eſſe rei & maxime illud accidens
quod habet hic diſcerni per ſenſũ
uiſus per philoſophũ ĩ priometha.
ubi dicitur q ſenſus uiſus multas
rerum differentias oſtendit.Ex illo
ſequitur q dubium ratiõabiliter ẽ
motum quia ſi uolueris habere pfe
ctã noticiã de ipſo menſtruo neceſ
ſarium ẽ ut cognoſcas colorem ip-
ſius.Itẽ illud quod dicit in littera
de corruptis mulieribus . Nota q
mulieꝝ corruptaꝝ quædam ſunt
corrupte carnaliter per uirgam ui-
rilem.Alie uero dicuntur corrupte
ppterea q habẽt humorem corru-
ptum & uiſcoſum eis adherentẽ.de
primis nõ intelligitur littera ſed de
ſecundis:Vnde ſciendum q puelle
incorrupte maiorẽ habent dolorẽ
in tali fluxu q̃ alie mulieres corru-
pte quia ipſe uirgines nõ habẽt ita
tranſitum ſicut mulieres corrupte
Item ſciendum q mamille mulie-
dum & teſticuli uiroꝝ aliqualiter
cõcordãt in natura. quia ſicut per
mamillas fluit lac.ſic per teſticulos
ſperma emittitur . Item ſciendum
q ſcdm dubiũ fuit rõnabiliter mo
tum qa hoĩes qui patiuntur diſſin-
teriã patiuntur fluxum uentris ſan
guineum qui aſſimilat̃ fluxui mẽ-

struorum Et istum fluxũ habent indif ferenter uiri & mulieres. Item nota ꝙ in uiris melancolicis generatur multum de ipsa malãconia quæ dirigitur ad splen & de splene ad spinas dorsi a quibus descendit ad alias uenas existentes circa ultimum intestinũ quæ uene uocantur emoroides quia quando tales uene replent̃ tũc ipsi melãconici purgantur per talem fluxum & ille fluxus multum prodest eis si est temperatus. Et ille idem fluxus reperitur in iudeis ad naturã magisq̃ ĩaliis quia plurimum melãconicam declinat. licet tamen coiter dicatur ꝙ habẽt per miraculum dei de quo non est dubitandum quin sit uerum

¶ Tertio dubitatur quar̃ de mulieribus menstrua fluunt quæ sunt superfluũ alimenti & non uiris quibus etiam est superfluum alimenti. dicendum est ꝙ mulier est frigida & humida a natura uir uero calidus & siccus, modo dico ꝙ natura humidi est fluer̃ ut dicitur q̃rto metha. & maxĩe humidũ aqueũ ꝙ mulierib⁹ inest. In uiris uero humidum cum sit aereum & idem calor naturalis semper agat in hũidum. conuertit & trãsmutat ĩ speciẽ alimẽti & cũ calor & natura nihil faciant frustra ut Aristo. primo cœli & mundi. sed semp̃ qđ est melius. & cũ calor in mulieribus debilis est respectu eius quæ est in uiris tamen totum alimentum nõ possit couertere in mulierib⁹ facit ꝙ melius est & prouidit nature de necessariis & reliquum mittit in locum ĩ quo seruantur mulierum menstrua de isto qđẽ ĩfra dictũ ẽ maioris inquisitionis q̃ patris exposcit negotium.

¶ Hic mouet tertiam dubitationẽ & est illa quare ĩ mulieribus fluũt menstrua q̃ sunt superflua alimenti oĩ mense & in uiris non fluit sp̃ma ex seipso quod ẽ etiã superfluum alimẽti &c. Et soluit ĩ littera & in hoc stat solutio ꝙ mulier est frigida & hũida a natura uir uero calidus & siccus a natura. modo sicut testatur Arist. secundo metha. ꝙ de natura humidi est fluere. exquo cũ aliquãdo in uiris est humidum aereum hoc nõ fluit nam calor naturalis sẽper agit in eum in mulieribus aũt ẽ humidũ aqueũ. & ideo cito fluit idcirco natura cũ nihil frustra faciat ordinauit in mulieribus ꝙ melius ẽ. s. ut purgentur a tali su

pfluitate.Præterea nota hoc tertiũ
dubium ratiõabiliter motũ ẽ qa ſi
cut mẽſtruum ẽ ſupfluũ ĩ muliere
ſic etiã ſpma in uiro. Sed circa ſolu
tionẽ ſciẽdum ꝙ ſpma in uiris nõ
fluit ſingulis mẽſibus de corpibus
eoꝝ ſicut mẽſtruũ mulieꝝ.& ratio
in littera aſſignat̃ quia.ſ.humiditas
mulieris ẽ aquea . Ex iſto ſequitur
ꝙ mẽſtruum mulieris eſt multum
uenenoſum & corpis ĩfectiuum un
de dicit. Alb. ſi mẽſtruum tãgeret
ramum arboris uiridis cito areſcit.
ideo natura nititur maxime expel
lere talem materiam.Etiam ex hoc
patet ſolutio ꝙ ſperma in uiris nõ
eſt in tanta copia ſicut menſtruum
ĩ muliere licet etiam natura ſe pur
get aliquando dormiendo. Vnde
ſciendum ꝙ nocturna pollutio ac-
cidit pluribus de cauſis. Quandoqꝫ
ex nimia ebrietate & aſſumptione
cibi uel potus quando eſt digeſtus.
nã tũc poſt digeſtionem ſepe fit
pollutio. Secundo modo fit ex ni-
mia cogitatione turpi uel locutio
ne tunc de nocte fit pollutio . Ter-
tio fit aliquãdo ex illuſione demo
niaca & deceptione eius . Quarto
fit ex plenitudine humorum ſicut
quando aliquis repletus eſt multis
humoribus & ſanguine. & tunc fit
pollutio quæ eſt purgatio natura-
lis.Quito cauſat ex nimio ieiunio
quãdo aliquis nimiũ ieunat.tũc na
turalis calor excitatur & agit in hu
midum.& tunc talis pollutio noci
ua eſt . Sexto cauſatur ex nimio la
bore.quia homo per nimium labo
rem exiccatur.& tunc etiam fit pol
lutio naturalis ſcilicet quod homo
emittat ſemen dormiendo & pro
pter hoc dicũt theologi ꝙ duobus
primis modis eſt peccatum ſed reli
quis non.

¶Quarto dubitat̃ unde ue
nit menſtruum in muliere:
quando eſt in coitu cum uiro
quia dictum eſt ſupra ꝙ quã
do cõcipit mulier retenta ſũt
menſtrua ergo ſi retenta ſunt
tunc dubium eſt unde fluent
in coitu. Ad quod dicendum
ꝙ quando mulier concipit re
tenta ſunt ad hanc intentio-
nem ut de menſtruo retento
fœtus in utero mulieꝝ exiſtẽ
ti poſſit nutriri aut cum mu-
lier in coitu eſt cum uiro pro-
pter maximam delectationẽ
quam habet ꝑpter hoc ꝙ ue-
ne & nerui in uulua exiſten-
tes per uirgam uirilem confri
cantur & ſic propter uirgam
uirilem menſtruum emittit.
& hoc eſt naturale reſpectu co
itus. Eſt tamen quaſi uiolen-
tũ reſpectu fluxus naturalis

mēstruoꝝ. Itē omni die de nutrimento sumpto mulieꝝ fit materia quæ apta ē ad expellēdū ī coitu pp hāc emittit̄ in embriōe quo genus diuersificat̄. & ex his soluit̄ q̄dā dubitatio q̄re mulieres īprægnate maxīe appetūt coitū qa appetitus coitus est pp habūdātiā materie sup̄flue & ideo cū tūc mēstrua retenta sūt oī tpe ardet & cōplet ergo mulier maxime appetit coitum quia ex istis in habundantiam uulua mulierum calescit & ergo.

¶ Hic ostendit quartum dubium & est tale unde ueniat menstruum in muliere qn̄ est in coitu. exquo dictū est ꝙ quando mulier cōcepit tunc matrix undiq; clauditur & ulterius non emittit menstruum. sed quando alia uice post cōceptiōem erit in coitu tūc iterum emittit mēstruū exquo quæritur unde ueniat quia mirabile uidetur. & autor soluit in littera dicit ꝙ post cōceptionem retēta sūt mēstrua ꝑpter hoc finaliter ut fœtus existens in utero materno exinde possit nutriri. Sed quando tunc mulier est in coitu cū uiro propter maximam & nimiam libidinem uel delectatiōem quam habet propter hoc nerui & uene cōfricantur & emittit menstruum & hoc est naturale ratione coitus sed est uiolentum ratione fluxus naturalis menstruorum. ex isto soluitur quædam alia dubitatio quare mulieres inprægnate maxime appetūt coitum quia sicut appetitus coitus est propter habundātiam materiæ superflue ab alimento. & ideo cum menstrua sunt retenta & quotidie aliquid eorum generetur tunc mulier maxime appetit coitum ꝑpter habundātiam materie. Et etiam dicit ꝙ membrum mulieris calefit.

¶ Nota ꝙ illa dubitatio solummodo debet intelligi de mulieribus ī prægnatis. Item nota ꝙ emissio menstruorum non est totaliter uiolēta & absoluta quia menstrua sunt grauia & omne graue tendit deorsum. Item nota ꝙ littera intelligitur de mēstruo impuro de quo superius patuit quia istud est ineptum & indispositum ad generationem fœtus nam si ex tali menstruo fœtus generaret̄ fieret leprosus & fragilis. & ideo prohibitum est tali tempore uiros commisceri mulieribus & hoc etiam multum nocet membro uirili. Item sciendū est quia dictum est de spermate ꝙ sperma ab aliquibus sic diffinitur. Sperma est semē uirile ex pura substātia omnium membrorum compositum. Item si aliquis dubitaret ī quo tempore coire quis primo possit & dicunt aliqui ꝙ ī anno xiiii. tēpore coitus incipit. Sed circa hoc

Aliqui absolute 13 Ann.

dubitatur & arguitur sic. In pueritia magis uiget coit' q̄ post tale tēpus. igitur falsum est quod dicitur. cōsequētia patet. & assumptū ꝓbat' qa pueritia est calida & hūida igitur uidetur ꝙ habeat multū de semine. Respondetur negādo assumptū. & ad ꝓbationē dico ꝙ aliquid aliud īpedit' nā ī pueritia meat' sūt stricti de quibus spma deberet exire. & ī aliis uero etatibus apti. sed ī senectute propter frigiditatem coitus uix contingit. Itē nota ꝙ post cōmestionē hoc opus est molestū quia calor naturalis minuit' & tūc nō pōt bene digerere cibum igitur īpedit digestionē. sed post somnū tunc tpis melius est coire quia tūc sauguis est digestus. Item sciendū ꝙ quædam sunt herbe & cibaria quæ iuuant ad coitum & quædam impediunt. Vnde ista iuuant piper pillegium carnes recentes uitella ouorum testiculi uulpis & crocus orientalis. Ista uero minuunt scilicet nutrimenta frigida anetum ruta lactuca melones uue amare & similia. Semen lini coctum cum lacte cameli commestus iuuat ad uenerem. Item si lenticule coquantur cum semine lactuce & elixentur & de illo bibatur extīguit libidinem ut dicit macer. Item Aristo. dicit in libro de genera. animalium ꝙ omnia animalia spernunt coitum post imprægnationem nisi mulier. Causa huius ē quia mulier habet recordationem de præteritis & propter magnam delectationem iterꝝ appetit. Alia autem animalia non recordantur & ideo non appetunt. Alia causa est dicta in littera. Sed secundum aliquos equa post īpregnationem appetit coitum & reddit causam quia est animal multum comedens & bene digerens. & ideo in ea est multum de semie propter qđ appetit coitum. unde etiam equæ uehemēti' appetūt coitū q̄ alia aīalia bruta pp multitudinē seminis.

Capitulum quartū.



Stis autem uisis redeūdum est ad formationem fœtus ī matrice mulieris. Fœtus uero sic formatur. Primo ꝙ materia recepta in muliere habet colorem lactis sex primis diebus. ad hunc autem colorem scilicet lactis operat' calor naturalis in spermate uiri dimissus. & calor matricis ita ꝙ ista materia scilicet lac dealbatur. deinde materia transmutantur in naturam & colorem sāguinis spissi & aliqualiter undiq; decocti & hoc p nouem dies. postea uero ab illo tempore consolidatur in mēbris

ipſius ſcilicet fœtꝰ per.xii. di
es. Iuxta qđ notãdum ꝙ dicit
philoſophꝰ ꝙ ſic unũ qđqꝫ cõ
ſurgit ex quattuor elementis
& iõ ꝙ ĩ tali materia ẽ de natu
ra terre cedit ĩ ſubſtãtiã oſſiũ
qđ nõ ẽ de natura aquæ cedit
in ſubiectũ ſimile & ſic de ali
is. Poſtea ſolet natura formarẽ
faciẽ & diſpoſitõem corporis
ſcđm trinã dimenſionẽ ſcili
cet latitudinẽ lõgitudinẽ & ꝓ
fũditatem & illud fit p. xviii.
dies. Ab illo uero tempore na
tura confortari uſqꝫ ad egreſ
ſum & illud qđ iã longo tp̃e
dc̃m ẽ aliqualiter cõſueuit di
ci p quattuor uerſiculos q̃ ſũt
tales Suſceptũ ſemen ex p̃mis
credo diebus. Et quaſi lac reli
quiſqꝫ nouem ſit ſãguis & un
da. Conſolidat duodena di
es bis nona. Deinceps conſur
git tempus reliquum perdu
cit adortum.

¶ Hic oſtendit qualiter fœtus for
metur in utero mĩno & primo fa
cit hoc ſcđm formatõem a uirtute
ſeminali Scđo a uirtute celeſti ibi
ſũt aũt ea poſt facit hoc ꝓſaice. ſecũ
do metrice. ſcđa ibi ſemẽ &c. Vnde
breuiter eius ſn̄ia ẽ iſta uolẽs dice
re qualiter fœtus formetur ĩ utero
ꝙ ĩ p̃mis vi. diebus habet materiã
lactis deĩde p dies. viiii. trãſmutatᷣ
ĩ colorẽ ſanguineũ. ex hic per dies
xii. fit cõſolidatio in mẽbris. & hoc
ꝓbat p philoſophũ qa unũqđqꝫ ui
uẽtiũ cõſurgit ex q̃ttuorelemẽtis p̃
mis poſt ea dicit ꝙ facies formatur
& diſpoſitio corpis ſcđm trinã dĩ
mẽſionẽ. ſ. lõgitudinis & latitudis
& ꝓfũditatis. & hoc p dies. xviii. &
ab hoc tp̃e icipit nã confortari uſqꝫ
ad egreſſũ & ſic fœtus mulieris cõ
ficitᷣ ĩ. 45. diebus. uñ & hoc ĩ uerſi
bus ſubditᷣ. Semẽ ſuſceptũ ſex pri
mis credo diebus. Eſt q̃re lac. reliqs
nomen fit ſãguisac inde. Conſoli
dat duodena dies. bis nona dein
ceps. Effigiat. tp̄us quæ ſequens ꝓ
ducit ad ortum. Vnde nota. ꝙ poſt
ſex dies habet colorem rubeũ ideo
quia trãſmutatur in ſanguinem. &
talis ſanguis non eſt fluens ſed co
agulatus ad modum maſſe carneæ
& apparet proprie ſicut ſãguis. poſt
flebotomiam. Item nota ꝙ fœtus
in muliere habet ſe ſicut fructus in
arbore per quandam ſimilitudinẽ
nam primo deſcendit a flore & fra
gilis eſt. poſtea dureſcit & adheret
fortiter arbori & non faciliter ca
dit. ſic etiam eſt de fœtu nam prio
producitur ex ſemie cõcepto & tũc
ligamina eius non ſunt firma & de
facili expellitur per aliq̃ medicĩam

& purgatiōem & hoc in tribus pri-
mis mēsibus. scilicet quādo ibi aīa
infunditur tūc firmius adheret. Vn
Ipocras dicit ꝙ mulier impregna-
ta ante quartum mensem non de-
beret trahere sanguinem uel haberꝰ
purgationem ne destrueret fœtum
Et propter hoc pessime mulieres in
hac instructe arte trahunt sangui-
nē q̄ primum sunt impraegnate uel
sumūt aliquas decoctiones de her
bis uolentes fœtū corrūpe ut ī me
lius patebit. Itē nota ꝙ littera dicit
de quattuor elemētis. uñ scias ꝙ il
la quattuor elemēta icludūt diuer
sas naturas qdā eni ē grossū & du
rū ut terra alia uero sunt mollia &
subtilia. Ex isto sequitur ꝙ ptes ipi
us fœtus aliqs opꝫ esse duras & ali-
q̄s molles & subtiles. unde aer ē ele
mentū decuplo grassius q̄ ignis. &
aqua q̄ aer &c. Itē nota ꝙ dicit in
formationē fœtus prius formatꝰ fa
cies hoc uerū ē q̄tū ad mēbra extri
sica quia facies ipsius hoīs ē figura
nobilior īter mēbra extrīseca. Item
nota ꝙ expletis. 33. diebus apparet
forma maris uel fœmiæ sed pactis.
40. diebus tūc nā hūana ē cōpleta
& crescit infās & apitꝰ eius os & īci
piūt ossa īgrossari ex calore natura
li. uñ dicit phus. 16. de aīalibꝰ ꝙ fœ
tus primū exercet opatōes uegeta-
tīas qa nutritꝰ & augmētatꝰ ex sup-
fluo alimēti mulierꝝ deīde exercet
opatiōes aīe sēsitiue ex eo ꝙ sētit.
unde dicit ēbrio uiuit uita plāete.
deīde uita aīalis post ea uita hoīs.
uñ post q̄ fœtus ī matrice fuerit be
nē maturus tunc puer mouet se ue
hemētius & emittitꝰ ad egressū: nā
natura īcipit affirmare mēbra ad
hoc apta ut fœtus habeat exitum.

¶ Sunt autē alii quæ penes
qd'libet tempus assignatū po
nūt regnare aliquem plāetarꝝ
& hoc scire multum cōfert ad
ea q̄ hic īscribuntꝰ. & ideo ne
ignorātiæ meæ negligentia as
scribatꝰ. determīabo de succes
siua firmatiōe fœtus ubi no-
tetꝰ qd' dicit Auicē. ꝙ accidē
tia sūt triplici genere q̄dā cō-
sequūtꝰ materiā īcōposito &
ei attribuimur q̄dā uero for-
mā q̄dā uero toti cōposito ex
materia & forma attribuūtur.
& iō cū hō sit ens naturale &
cōpositū siue cōceptū ex mate
ria & forma tripliciter uariātꝰ
accñа ī ipso & ex illa maīfesta
tōne ꝓpositū capietꝰ ex pte. q̄
dā aīe sūt q̄dā notāda & q̄dā
ex parte corporis. & q̄dam ex
parte totius compositi. unde
illa dicuntur ex parte aīe quæ
formā cōsequentur sicut sūt.

accidētia illa.s.uirtus essēdi & mouēdi & qa scđm ītētiōem quo rūdā q digne de natura locuti sūt. Aīa oēs uirtutes q̄s ī corpe āplectit̄ aspsit & a sup cœlestib' corporibus attrahit.

¶ Hic est tractatus secūdus huius li. ī quo determinat de exitu ipsius fœtus & continuatur sic: nā supius expediuit se de generatiōe augmētatione formatione & dispositiōe ipius fœtus: nūc determinat de exitu ipsius tā naturali q̄ non naturali & de aliquibus accidentibus circa exitū ipsius fœtus & hēt q̄ttuor capitula. Primū est de forma embrionis p aīam sensitiuā uegetatiuā & intellectiuā. In secūdo capitulo de egressu fœtus. In tertio q̄dā accidētia circa exitū ipsius fœtus. In quarto determinat de peccatis naturæ ī generatione: secūdū ibi tēpus antē egressionis: tertiū ibi nunc ergo redeamus: quartū ibi sicut dicit phs. Primū capitulū hēt qnq; partes nā prio pmittit itentū secūdo ostēdit generationē fœtus p aīam uegetatiuā. tertio per aīam sensitiuā. quarto per intellectiuā: quinto affirmat dicta. Et ideo uidēdū est quō istæ tres potētiæ. s. uegetatiua sensitiua & intellectiua ueniant ad naturam fœtus & dicit ꝙ hic uult breuiter de istis potentiis dicere: nam ad librum de anima hoc pertractare cōuenit dicit ergo ꝙ cū semē recipit ad matricē mulieris statim p calorē augmētat quādo matrix est undiq; clausa & hāc augmētationem hēt ab aīa uegetatiua: nā hæc aīa habet duas operationes. s. nutriēdi & augmētandi ut patet secūdo de aīa unde plāta generat plantā aīal uero aīal. Et iō dicit ꝙ ab ista anima fluit uirtus generatiua ad perfectā formationē embriōis. Nota ꝙ Albertus uult in littera dicere ꝙ aīa uegetatiua attribuit fœtui p semē a patre decisum cuius opatōes sunt motus generatio nutritio. Et hoc apparet ex eo ꝙ plāta generat plātā igitur sibi tribuit uirtutē nutritiuā & uegetatiuā: unde ille tres aīæ habēt talē ordinē ꝙ prio educitur uegetatiua: deinde sensitiua: postea ītellectiua. Nota etiā scdm Arist. 16. de aīalibus ꝙ cū spermate deciso a patre crescit quidā spiritꝰ qui ē uirtus aīæ & calor solis & labor naturalis nutrit & augmentat: & h reqrit ī pricipio cōceptiōis calor uero ignēꝰ decrescit & desiccat.

¶ Postea uero pcedente tpe fm exigētiā naturæ: materiæ supadditur aīa sensibilis postea aīa huius speciei uel istiꝰ p motiuā habet: secūdo āt p potētias & operatiōes: & non dicūtur istæ potentiæ. s. uegetatiua & sensitiua ita ꝙ sint duæ fm essentiā: est enī eadē q̄uis uero nō eodē & hoc ē ꝙ dicit phylosophus ī libro de aīalibus: embrio prius uiuit

uita pláte deinde uita aíalis postea uero hui⁹ spéi uel illi⁹.

¶ Hic oñdit formationé fœtus p aíam sensitiuá & dicit: postea uero pcedéte termio scdm exigétiá na turæ supaddit materiæ aía sensiti ua & prio hétur p motiuá : scdo p potétias & opatióes: uñ dicit phs. 16.de aíalibus qp embrio primo ui uit/uita pláte deíde uíta aíalis : dei de uita huius spéi uel illius. Nota prío qp aía sensitiua i cói accipitur a corpore cœlesti:sed aía sensitiua i spáli istius uel illius spéi attribui tur fœtui a uirtute íformatiua exi stéte i semie corpus eni cœleste ut é agés uľe oí fœtui idifferéter itro ducit aíam sensitiuá. Agés uero p ticulare p uirtuté sibi dimissá in se mine deciso a pře materialé formá fœtus ad aíam sensitiuá i hui⁹ spéi uel illius. Vtrú auté plures formæ istaꝝ aíaꝝ sint uel tm una : melius & latius in libro de aía disputatur.



¶ Addit uirtus intellectiua in hoíbus q nó generať a ma teria:sed a cœlo é : & de foris infusa:unde é finis & perfe ctio oíum pfectoꝝ hic inferi us existentiú sic aút a medicis cósueuit dici qp pría uita é la tés & occulta media apparés sed ultía excellés & gloriosa. Sensus naturæ est a pría.s.ta ctus & gustus a scda é sensus alius de quo uisus audit⁹ ap paret & motus uolútarius & sic de aliis. Sed a tertia sensus spúalis a quo interptatio dis cretio pscrutatio & sic de aliis

¶ Hic ostédit generationé fœtus p aíam itellectiuá : qa i hoíe é una aía q dř itellectiua q nó pducit ex materia sed e cœlo : & h apud me dicos solebat sic dici qp materia.i. pría seu uita uegetabilis é occulta media uero idest sensitiua é appa rés & manifesta: ultima uero idest itellectiua est excellés & gloriosa. Nota qp talis aía q aduenit huma no corpori nó est addita materiæ sed induta ut patet p phylosophú. xii.de animalibus & ideo talis ani ma non est inherens sed solum est appropriata secúdum operari qué admodum aer qui illumiatur a so le:sic corpus ab aía : & sicut lumen solis quod est incorporeum adue nit aeri & separatur ab eo sine eius corruptione & ita similiter anima itellectiua aduenit corpori húano.

Capitulú tm secúdi tractat⁹.



Empus auté egres sus est ab utero ma terno ut frequéti⁹ p nouem mésibus quibusdá i octauo mése : qbusdá uero

in decimo mense: quibusdā uero ī undecimo mense quibusdam in.xii.& ultra non.

Hoc est capitulū secūdū secūdi tractatus ī quo determīat de exitu fœtus:& diuiditur in quattuor partes. Primo determinat de tempore naturali fœtus q̄tum ad partū. Secūdo de tēpore nō naturali. tertio ostēdit quādā cōtinuationē circa corruptionē fœtus in utero materno. quarto circa dicta mouet quædā dubia. prīo dicit ꝙ tēpus egressionis fœtus ab utero materno ut frequētius est in.viii.mēse qbusdā in.vii.quibusdā in.ix.quibusdā in x.& non ultra. Nota primo ꝙ tempus exitus debet cōputari ab hora cōceptionis ipius embrionis & nō ab aliqua alia hora q̄uis contrariū fiat apud diuersas mulieres. Nota etiā ꝙ mensis nonus est tempus determinatum & certum a natura deputatum egressui fœtus: & fœtus qui in nono mense nascitur ut frequentius est sanus & lōgæ uitæ & hoc quia in tali mēse est maturus. Sed astronomica causa est qa tunc Iupiter disponit ipsum fœtum ut prius dictū est. Sed quādo exit in viii.mēse tunc est morbidus & duplici de causa.primo quia ī octauo mēse nō est naturus. Secūdo quia saturnus regnat super eum. Itē nota ꝙ id quod dicit aliquis parere x.mense non est uerum absolutæ intelligendo: sed solū est scd͂m existimationē quarūdā mulieꝝ quia aliquādo credūt se īpgnatas & nō sunt:attamē possibile est ꝙ possint generare ī pricipio decimi mēsis.

Quædā uero mulieres in prīo mēse & hoc est abortiuū qa hoc natura hoīs non ꝓducit s; aliq̄ solidā carnē. Istud uero accidit pp plura:primo qa natura īparū mulieꝝ ē īpedita qa ualde ē corrupta uel illæ mulieres sūt uenēosæ uel propter nimiū motum propter quem matrix corrumpitur uel propter alia mala & aliquæ doctæ muleres in hac nequitia: quando sentiūt se imprægnatas: mouent se de loco ad locum de uilla ad uillam & ducunt saltus coreas & plura alia mala & frequentius multum coeunt & cum uiris luctātur ut per motum luctuum liberentur a conceptione & cupiunt coitum ut per delectationem obliuiscantur tristitiæ quæ est extinctio fœtus.

Hic declarat de tpe non naturali ipsius fœtus dicēs ꝙ mulieres q̄

pariunt in primo mense nõ producũt formam hominis & naturam: sed quandam solidam carnem. Et hoc accidit pluribus modis. Prio quia natura earum est corrupta uel propter nimium motum per quẽ matrix corrũpitur uel propter multa alia mala. Et ideo quædam meretrices ĩstructæ ĩ hac nequitia quã do sentiunt se esse impraegnatas incipiunt se mouere de loco ad locũ & alia mala faciunt: & frequentius coeunt & cum uiris luctantur ut ꝑ motum possint a conceptione liberari. Nota etiam quandocunq̨ fœtus exit ante septimũ mensem semper uocatur aborsus. Nota secũdo ꝙ in primo mense fœtus non est multum fortiter affixus matrici & ideo ex facili fit aborsus sicut fruct⁹ arboris q primitus ex parua cadit causa. Huius cã est multiplex. Vna quia quãdo materia ipsius embrionis est corrupta & imperfecta ex ipsa nõ potest figurari dispositio hominis: & causa etiam est motus frequens & labor mulieris per quem ligamenta in matrice relaxãtur & corrumpũtur ita ꝙ fœtum retinere non possunt & propter hoc consolitur mulieribus ꝙ impregnationis tẽpore non minis laborẽt neq̨ ambulẽt. Et ideo aliquæ pessimæ fœminæ q̃ hoc non ignorant consulunt puellis nouiter imprægnatis quæ abscondere uellent peccatum suum ut saltent currant ambulent & fortiter moueãtur ad corrũpendum fœtum: aliquando etiam per decoctiones aliquarum herbarum quas bene sciunt: faciunt fieri aborsum. Et scias ꝙ in tali corruptione illæ mulieres maximum patiuntur dolorem.

¶ Est igitur diligenter notãdum ꝙ plures mulieres ex terrore quem capiunt ex ictu tonitrui sæpissime disponũtur interius ꝙ fœtus habens uitam moritur: & si uitã non habuerit possibile est adhuc ut semẽ naturale metu & forma hominis destituatur. causa uero hui⁹ accipitur ex quo totum corpus immutatum & dispositum ad peregrinã impræssionem & per eius aduentum læditur & extinguitur. Secũda causa est maxime ex parte fulminis ꝙ penetrat usq̨ ad interiora & eadem distruit per ustionem siue concussionem & tamen nullum signum adustiõis apparet extra & est uapor intus fortissimus qui etiam interdum interficit homĩes eo ꝙ penetrat membra uitalia ad ĩteriora &

propter

propter eius subtilitatem & celeritatem fulmionis nõ apparet uuln⁹ neq; adustio: eo ꝙ magis ictu lædit q̃ calor̃ lædit etiam plura aliquãdo calore q̃ ictu penetrat & ut frequentius scd̃m in dispositionẽ naturalem ĩterioribus ubi fœtus est consumit totũ hũidũ radicale & complexionale illius fœtus & tunc extinguitur. Et sciatis socii mei ꝙ hæc causæ nõ fictæ quia secundũ quod recitat Albertus passus de operatiõe & effectu fulminis quo ictu tonitrui aliquando comburit⁹ calcios in pede illeso & econuerso aliquando uero crines & pili iuxta loca libidinis membris illesis. Et ꝙ ictus fulminæ pertingit ad inferiora per hũc modum quẽ dicit fides est quia serpens uenenosus fulmine percussus ĩfra paucos dies uermiculos producit & est serpens uenenosus a quo colligitur uenenum per huius impræssioné. Item signum huius est quia animum dolorem ꝑcussũ arescit ad aliquod tẽp⁹. De hiis autem & eoꝝ causis diuersis superfluunt & hoc est amplius ꝑtractare. Sed ex his quæ dicta sunt intendo quædam dubia remouere quorum sermones uobis cõmitto.

¶Hic ostẽdit qualiter aliqãdo fœtus ĩ utero materno corrũpitur ita ꝙ fiat aborsus. Et primo ponit notabile. secũdo assignat cãm unde dicit ꝙ plures iuuenes mulieres exictu tonitrui propter timorem interius sic disponuntur ꝙ fœtus ĩ utero materno moritur. Et subdẽs causam huius dicit ꝙ ex parte timoris totum immutatur & disponitur ad peregrinam impræssionem. & ita fœtus læditur & extinguitur. Secũdo addit etiã hoc ex parte fulminis ꝙ penetrat ad interiora & comburit fœtum in utero materno & tamen nullum signum combustiõis exterius apparet. & iste uapor ẽ fortissimi ictus eo ꝙ multotiẽs lædat membra hominis interiora sine aliquo signo exteri⁹ facto. Et talis uapor aliquando magis ictu lædit q calore. Aliquando autem econuerso fit & ita aliquando per hunc uaporem interius aduenientem aliquando consumitur totum humidum radicale ipsius propter quod

sæpe extiguitur. Et notāter dicit iu
uenes mulieres qa tales habent cor
pora porosa & rara magisq̄ antiq
& p cōseques corpora eaꝝ sūt ma/
gis penetrabilia. Et ideo consulitur
talibus mulieribus ꝙ tempoꝛ toni
trui uadant ad loca obscura & stri/
cta. Itē ꝙ dicit ex nimio timore ra
tio ē naturalis natura & aliquādo
hō ex nimio gaudio moritur eo ꝙ
calor naturalis existens circa cor &
totū se ibi imprimēs extinguit ipsū
sic etiā ex nimio timore. unde ex ta
li timore fit sæpe aborsus. quia cor.
pus mulieris per tōitrum maxime
alteratur & fœtus existens in utero
materno ē debilis. ideo facil te[illegible]
rūpitur. & huius causa est calor cō/
sūptiu⁹ & adustiuus ipsius fulminis
quia talis ꝓpter porositatē corpoꝝ
mulierū cū ipse sit subtilissimus cō
summit & cōburit humidū radica
le ipsius fœtus faciliter penetrās cor
pus mulieris sine læsione aliqua ex
teriori natura fœtus est multo sub
tilius ab ītra q̄ corpus fœminæ ab
extra. Et illud idem sæpius accidit
mulieribus quæ īterficiuntur a ful
mine tonitrui & tamē exterius nō
apparet aliquod signum læsionis ī
corpore. & huius causa satis patet p
Alber. ī libro methau. suorum ubi
dicit ꝙ hic uapor propter subtilita
tem penetrat corpus hominis quo
usq; perueniat ad membra subtilia
interius scilicet cor epar. & cætera.
& ita tunc læditur & interficitur ho
mo absq; læsione exterius facta. De
his plene habes in methau. eius.

¶ Primum dubium est utrū
possibile sit illo tēpore cū uir
est in coitu cum muliere ꝙ se/
men in hora eiectionis possit
recipere aliquam nouam im/
præssionem per quā disponatur ad aliquid aliud q̄ ad il/
lud quod natura particularis
intendit. Secundum dubiū
potest esse utrū illud qđ semē
a superioribus influitur ī ho/
ra eiectiōis possit inhiberi ab
ipso fulmine & sono tetigisse
materiā seminis ex parte ma/
teriæ & patris decisum. Tertio
utrum opatio fulminis tāgēs
materiā utrāq; possit ī semine
uirtutē influere p quā ad for
mam masculi procedit ita ta
men ꝙ materia fuerit dispo/
sita prius ad formam femelle
occulta hæc dubia sic pro tan
to mota ut quodammō exer/
ceatis intellectum uestrum.

¶ Hic mouet tria dubia. Primum
est utrꝝ possibile sit tēpore quo uir
coit cum muliere fulmen tonitrui
tangat semen. possit ad tale semen
aliquam aliam formā ītroducere q̄

natura pticularis itēdebat. scđm du biū. utrū tale fulmē possit ipedire ipsū fœtū ꝙ nō disponatur a corpibus supcœlestib'. Tertiū utrū opatio ipsius fulminis tāgēs materiā seminis possit formare de illa materia fœminam de q̄ natura pticularis itendebat pducere masculū. Postea excusat se de solutiōibus dubiorū dicit ꝙ pro tanto dubitatū ē ut itellectū uestrū quodāmō circa hoc exerceatis. tamē quāuis ipse nō saluat hic dubia. nos ipsa soluemus. Vnde dicēdum ꝙ talis ictus tonitrui habere pōt duplicē effectū in semie. uno mō ꝙ habeat effectū mortificatiuū uirtutis existētis i semine. & tunc talis fœt' oino extiguitur & fit aborsus. Alio mō q· talis materia semialis tātum ab ictu tāgatur cum mortificetur. & tūc possibile ē ipsum cōseq alias dispositiōes extrāeas quas agēs particulare nō itēdebat. Itē aliqua materia seminalis ita potest disponi per ictum tonitrui ꝙ fit impotens ad generādum & huius ratio ē nimia exsicatio facta circa materiā p huiusmodi ictum. hoc pōt cōfirmari p dictum Alberti in scđo phi. in capitulo de monstris ubi recitat ꝙ quædam mulier peperit buffonē & huius causa alia non erat nisi ꝙ semen tempore exitionis fuit infectum & indispositum a fulmine qa uapor fulminis aliqualiter ē uenenosus. Ad secūdū dubiū respōdet ꝙ possibile ē tale semen sic alterari & dispōi a fulmie ꝙ nō sit natū accipere ifluētiā planetarū. ad quam prio fuit habilis qa actus actiuorū sūt in patiēte disposito. Et huius solutio dubii satis sequitur solutionē primi dubii. Ad tertiū dicitur affirmatiue ꝙ sic & hoc quia possibile est q· p naturā fulminis tollatur dispositio fœtus ad masculū & itroducatur dispositio fœminæ & ecōuerso secūdū qđ tale fulmē fuit diuersimode dispositū & cōditiōatū. unde scđm Aristo. 16. aialiū mulier ē uiri occasio ita ꝙ uir nō ē materia puellæ nisi quādo natura ipeditur i suis actionibus pp dispositionem materiæ & caloris naturalis qa natura particularis sēp itēdit pducerē marē. & iō fœminā si pducit hoc fit p causas ipediētes talē dispositionē. idcirco qdā dixit mulier nō est homo sed monstrum i natura &c.

Capitulū tertiū scđi tractat'.

R Edeamus igitur & dicamus. ꝙ fœtus in septimo mense natus ut frequētius bene habet. sed in octauo mense raro uiuit & huius causa ē quia omnis fœtus i septīo mense naturaliter tendit ad exitum & ad ortum & laborare incipit ad egressum. Et quia tunc

motus eius naturalis est ideo
si egreditur i septio mense be
ne se habet si usq; ad octauū
permanens. tunc exeat liben-
ter moritur. & hoc quia est ni
mis debilitata in septimo mē
se propter laborem. Si uero in
nono mense exeat tunc sanus
est quia requiescit in octauo
& re assumptus ē a laboribus
habitis in septimo.

¶ Hoc ē capitulum tertium istius
secūdi tractatus ī quo declarat q̄dā
accidētia circa exitū fœtus cōtigē
tia. & prio ostendit hoc ratiōe tpis.
secūdo ratiōe exitus ab utero ma-
terno. tertio ibi sed adhuc sūt dicit
ergo redeāus ad dicēdū de exitu ip
sius fœtus & dicāus ꝙ fœtus in se
ptio mēse natus ut frequēti⁹ bñ ha
bet. sed ī octauo mēse raro uiuit &
hui⁹ cā ē qa oīs fœtus in septio mē
se naturaliter tēdit ad exitum & ad
ortū & laborare īcipit ad egressū &
qa & tūc mot⁹ eius naturalis ē ideo
si egreditur in septimo mense se be
ne habet. Si uero usq; ad octauū ꝑ-
manens tunc exierit. libenter mori
tur & hoc qa est nimis debilitatus
in septimo mēse ꝑpter laborē. Sed
si in nono exierit tūc est bene sanus
quia tunc quieuit ꝑ octauū a labori
bus septimi mensis. Nota ꝙ natus
in septimo mense potest bene uiue
re & ratio est quia tunc omnes pla
netæ cōpleuerūt cūctas eoꝝ opatio
nes & melius est si exit in principio
mēsis q̄ ī fine qa ī fine ē magis debi
litatus eo ꝙ ꝑ totū mēsē laborauit
ad exitū. Sed si fœtus exit ī octauo
mense ē moribūdus male cōplexio
natus. huius ratio ē prius dicta. Itē
nota ꝙ fœtus post sextum mēsē di
citur laborare ad exitū & hoc quia
tunc ligamēta cū quibus erat liga
tus incipiunt debilitari ex eo qa ni
mis extēdūtur ꝑpter magnitudinē
etiā qa caret nutrimēto nā tūc fœ
tus attrahit totū nutrimentū. & qa
tunc faciliter fit dissolutio. Item no
ta ꝙ si mulier moritur ante partum
propter aliquam infirmitatē. tunc
infans in utero materno existēs ꝑ
aliquod tēpus uiuere potest si pos
sit attrahere anhelitū. Et ideo medi
ci dicunt ꝙ os mulieris tunc debet
teneri aptum cum aliquo īstrumē
to ut aer subintret & si corpus eius
aeeriatur tūc uiuet. sic quoq; prius
dictus cæsar fuit extractus Dicitur
cæsar q̄si ab utero materno cæsus.
Itē nota ꝙ infās natus stati flet. &
huius ratio secūdū philosophos ē
qa oīs infans dum nascitur primo
habet dolorē ī partu ꝑpter forami
ne strictā & etiā propter aerē frigi-
dū quem sentit quādo exit. & ideo
propter dolorem incipit flere & si
est mas habet grossiorem uocem
naturaliter q̄ fœmina. & ideo uide
tur mulierib⁹ ꝙ masculus clamat.
A.a.a. quia. A. facit grossiotem uo-

cē & sonū q̄.E.& oppositū eis uide tur de fœminis qa habēt uocē gra ciliorē & iō eis uidēt clamare.E.e.

❡ Sed adhuc quædam sunt scienda ꝙ quibusdam mulie ribus maior est dolor q̄ aliis quia accidit quibusdā ꝙ ali- quando fœtus procedit ma- nu uel pede quæ omnia sunt nociua tunc obstitrices dili- genter recondant fœtum. ex illo maximꝰ generatur dolor ita quod q̄ plures mulieres non fortis naturæ fuerunt de bilitati usqꝫ ad mortem. Quā doqꝫ etiam accidit ꝙ in partu rumpitur uulua mulierum usqꝫ ad unum ita ꝙ ista duo foramina erunt unum tamē mulier uiuit. Sed obstitrices discrete tunc utimur quodā ungēto ungentes uuluam & matricem diligenter recon- dunt quia sæpe matrix in uul ua uulnerat̄ & lædit̄ & ideo necessarium est in partu mu- lierum ut habeamus discre- tas mulieres in hoc opere ex- pertes obstitrices & illud ego didici ab aliquibus mulieribꝰ ꝙ quādo p̄mittit caput ꝙ tūc bene uadat negotium hīc au- tem primo caput naturaliter exiit deinde alia membra.

Hic ostendit quædā accidētia circa fœtū contingētia ratione sui exi- tus ab utero materno. & primo fa- cit hoc secūdo remouet ibi. sed cō- tra ea. p̄io dicit ꝙ adhuc sūt quæ- dā scienda ꝙ quibusdā puellis est maior dolor ī partu q̄ aliis quia ali quādo accidit ꝙ fœtus primo pro- tēdit manum quādo uult exire alī quādo uero pedē & sic de aliis quæ sunt nocumēta.& tunc oportet ꝙ obstitrices diligēter ītromittāt fœ- tum.& ex isto tūc maximus causa- tur dolor ī tātū ꝙ nisi tales mulie- res sint ualde fortes debilitātur us- qꝫ ad mortē postea subdit unū ma gnū īcōueniēs qđ aliquādo accidit ī partu scilicet ꝙ mēbrū mulieris rumpitur usqꝫ ad anū & tūc ut fre- quēter mulier adhuc uiuit & tunc obstitrices debēt esse diligentes & sollicite ut tūc statim ungant dili- genter matricem & introducāt ne forte uulneretur & lædatur ī mem bro mulieris. Et ideo dicit ꝙ neces sario est ꝙ tunc habeantur docte ī hac arte & expertes obstitrices. hæc enim ipse sciuit qa a quibusdā mu- lieribus didicit. Et tūc subdit quā- do primo caput exit tunc optīe agi tur qa caput bene exit naturaliter

deinde alia mēbra. Nota ꝙ exitus ipsius fœtus multis de causis impe diri potest aliquādo ꝓpter nimiam frigiditatē uel caliditatē. aut qa ob stitrix ē indocta aut matrix ante cō ceptū fuit uulnerata aut ex eo ꝙ fœ tus exit ante tēpus naturale aut qa habet meatus strictos eo ꝙ mater ante conceptionē fuerat uirgo qa tunc non est bene consueta. & ideo habet maiorē dolorē q̄ aliæ mulie res aut ex eo ꝙ ē nimis piguis. om nes enim tales pariunt cū difficul tate quia habēt orificium matricis opilatū multa piguedine aut etiā quia fœtus ē nimis grossus & ma gnus uel habeat magnū caput uel habeat duo capita sicut accidit aut si sint gemelli. Itē nota ꝙ in tali ca su ut dicit littera multū confert ap plicare species aromaticas naribus taliū mulierꝝ quia quādo fœtus ē ī matrice tūc species tales attrahūt matricē sursum & sic puer facilius exit. Et bene ipse mulieres sciunt quādo parere debēt quia prius per aliquod tēpus fluit q̄dā humiditas de ipsis. nam q̄dā pellicula frangi tur. De alio aūt accidēte scilicet de ruptura mēbri bene sciunt mulie res & etiam medici quomodo cu rētur. Item aliquis posset querere quo tēpore anni exitus fœtus ē fa cilior. Re pondetur ꝙ in uere pro pter fortiorē uirtutē quia tūc uiget calidum & humidum. Sed contra hoc arguitur ī estate est facilior exi tus ergo non in uere. nam in estate corpora sunt magis rara. Respōde tur negādo assumptum & ad ꝓba tionē dicitur ꝙ raritas corporū nō sufficit quia ī estate deficit uirtus ꝓ pter exhalationē caloris naturalis. Nota scđm Cōsta. ꝙ in matrice est q̄dā pellicula ī qua uoluitur fœtus & uocatur secūdia. q. mater. & ista pellicula cū quibusdam aliis gene ratur ex seminibꝰ generātiū & ista secūdina tā ī ptu naturali. q̄ nōna turali exit de muliere. sed aliqñ reti tinetur post ptū circa mēbrū mulie rū. uel ī mrīce & tūc īducit multa nocumēta qa humores & fumi cū ea intrant q inducunt dolorem ali quando ad cor aliquādo ad caput. interdum in toto corpore &c.

¶ Circa ea q̄ dicta sunt emer git quædam dubitatio omni bus mirabilis unde uēiat pue ro in utero iacente nutrimen tum cum matrix undiqꝫ clau datur. Iuxta qđ est notādum ꝙ quando fœtus clausus est in matrice uirtute naturali cō plexione occulta. Primo inter omnia nascitur quædam ue na uel quidam neruus quæ q dam neruus ut uena perforat matricem & a matrice proce dens uno tramite ad māmil las mō qñ fœtus est ī utero &

tūc idurātur mām̄ille mulie-rū tūc substātia mēstrui fluit ad mām̄illas ꝑpter clausurā matricis & ibi substātia men-struosa forti decoctiōe deco-quit̄ usq; ad colorē albedinis & tūc appellat̄ lac mulieꝝ & illud sic decoctū mittit̄ p talē uenā tali mō orta ad matrices & exīde fœtus nutritur tanq̄ de ꝑprio & naturali nutrimē to & hoc ē uena q̄ in exitu fœ tus absciditur & est in umbili co & ideo uidetur in puero ꝙ umbilicus sit ligat⁹ cū filo ne aliq̄d de corpore eius exeat p hāc autem uenam quæ absci sa ab intrinsico uocatur umbi licus & pendet ī utero mater-no cum pendiculo ꝙ ex parte matris est annexum & de mā millis & sic de aliis.

¶ Hic mouet qd̄dā dubiū, unde di cit circa ea q̄ sūt dicta oritur una du bitatio oībus mirabilis & ē ista ꝙ fœtus existēs ī utero materno clau sus undiq; ī matrice qa post conce ptionē matrix ipsa undiq; claudit̄ unde ergo euenit nutrimentū quo tunc fœtus nutriatur. Et soluit. d. ꝙ nascitur q̄dā uena q̄ ꝑforat matri cē & generatur ibi sicut uno trami te ad mām̄illas. & ideo quādo fœ tus ē ī utero materno tūc idurātur mām̄ille. & tūc substātia menstrui fluit ad mām̄illas pp clausionē ma tricis. & ibi talis substātia mēstruo sa fortiter decoquitur usq; ad colo rē albedinis & ita decocta mittitur p talē uenā ī matricē & exīde fœt⁹ nutritur tāq̄ ꝑprio & naturali nu-trimēto. Et hæc ē illa uena q̄ post ptū a fœtu absciditur ab obstirrici-bus ut uidetur ī paruulis nouiter na tis ꝙ umbilic⁹ eoꝝ ē ligatus filo ne aliqd de corpore ipsius exeat. Nota prio ꝙ tā ī partu naturali⁹ q̄ nōna-turali fœtus īuolutus ē quadā pelli cula in qua respiciuntur superfluita tes scđe digestionis sicut ē urína. & etiā ibi ē altera pellicula ī qua super fluitates tertie digestiōis recipiunt̄ nec opus est ibi esse tertiam pellicu lam quæ primæ digestionis super-fluitates recipiat ut sunt stercora ex quo prima digestio scđam & tertiā præcedit. & ratio huius est quia fœ tus non recipit nutrimentum per os & stomachum in quo fit prima digestio sed umbilicus recipit nu-trimentum ut patet in littera. Vnde sciendum ꝙ ab epate delegatur san guis purus sub forma lactis usq; ad epar. fœtus mediante eius umbili-co. & quia sanguis purus non ha bet superfluitates grossas sterco-rales. Igitur a fœtu in matrice incluso non recipiuntur fœces: &

per cõseq̃uẽs non oportet q̃ ibi sit tertia pellicula. unde sciẽdũ q̃ puellis dũ sũt nubiles crescũt tũc mammille. Sed diceret aliquis quarẽ mulieres habent mammillas a parte anteriori & animalia alia a parte posteriori. Respõdetur q̃ causa huius ẽ qa mulieres in partibus supioribus scilicet circa pectoralia sũt calidiores pp cor & epar. ideo mãmille earũ ponũtur ibi ,ppter cõuersione materiæ menstrualis ĩ naturam lactis nam ad hoc requiritur excellẽs calor sed ipsa animalia bruta lactãtia habẽt posteriores partes magis calidas ideo patet respõsio. Sed iterum diceret aliquis exquo quædam mulieres sunt albæ. & aliæ nigræ utrũ ipsis infantibus plus ualeat lac mulieris albæ q̃ nigrẽ. Ad hoc respondet Aristotiles tertio de aĩalibus q̃ lac mulieris nigræ melius est. Etratio quia mulieres nigræ habent multum de caliditate ideo ,p. pter fortem caliditatem substantia menstrualis in materiã lactis bene decoquitur. Sed ĩ albis mulieribus quia non habẽt tantam caliditatẽ. non ita bene decoquitur. Et ideo secũdũ medicos lac caprarũ nigrarũ melius est q̃ albarum. Item diceret aliquis quando puer nascitur ubi tunc manet illa uena per quam fœtus erat ligatus p umbilicũ. Respõdetur q̃ natura cõsumit eã & calor mulieris. & quando iterũ ĩpregnatur tũc talis uena de nouo generatur. Item ista uena non tantum hominibus. sed etiam ĩ omnibus animalibus brutis quæ lacte nutriuntur licet in illis non bene appareat sicut ĩ puero nouiter nato ubi ligatur cum filo circa umbilicum.

Capitulum quartum.

Sicut dicit philosophus tertio phisicorũ q̃ sicut p peccata ẽ cõtingere ĩ natura sibi ĩ arte huius declaratio ad præsẽs negotiũ manifestare multũ ualet Vnde sciẽdũ q̃ mõstra siue peccata in natura uocãtur illa in quibus ẽ mutata ,ppria species quia in aliqua pte corpoꝝ eoꝝ scdm cõem trãsmutationẽ illius excedit aliquid uel diminuitur aliquid sicut cõtingit in aliquibus habentibus tãtũ unũ pedẽ & unã manum uel tres pedes & duo capita & sic de aliis. Istud quidem miraculum accidit multis modis aut ex diminutiõe materiæ uel ex suphabũdãtia ex diminutiõe cõtingit pluribus modis. Vno mõ diminutio attribuit̃ materiæ totaliter

in se & tūc principalia mēbra prīo debeāt formari natura sagax & ingeniosa facit ut cō pletius pōt & ea q̄ sunt prīci palia format & illis disposi/ tis & formatis ad formatio/ nē cæteroꝝ membroꝝ studet & ibi ex materia quam hēt fa cit id qđ pōt & format partē diminutā quādo diminuta est materia & ex illo malo ali quando caput maius uel mi nus pōt eē: q̄ natura reqrat il lius indiuidui particularis & nō loquor de indiuiduo tali sic generātis qa si diminutio in materia p̄iacēti formæ nō affuisset caput nō fuisset for matū sub diminutione mate riæ nō ꝓportionabili naturæ ī se & ī oib' aliis mēbris. Alio enī mō dimīutio materiæ at tribuit alicui parti generāde specialiter. Iuxta qđ ītelligen dū ꝙ ꝯm ītētionē phī multis ī locis philosophiæ uult ꝙ ex primis corporib' cōsurgit qđ mixtū ē. Et illud qđ ē naturæ ignis est ī materia cædit & in suū simile & qđ terræ cædit ī suum simile & sic de aliis ele mētis & ex isto nullus credat uel opinet elementa manere formaliter ī mixto quia hoc ē cōtra ītētionē phī in scđo de generatiōe & corruptiōe ubi uult ꝙ uirtus eorū solus sit ī/ mixto mō ex īstis aliquādo ē possibile semē habere ꝓpriā diminutionē ex parte alicui' specialis elemēti: & tunc si ex parte terræ fuerit diminutio alicuius partis corporis īdiui dui cōtigit diminutio ī uno pede aliquādo in brachiis & sic de aliis aliquādo uero di/ gito & sic de similibus. Si ue ro ex superhabundantia ma teriæ tunc mōstra fiunt ut in illis qui habent sex digitos in manu una uel pede uno uel duo capita uel aliquod tale.

¶ Capitulū quartū ī quo declarat de fœtu mōstruoso de peccatis na turæ: & prīo circa hæc pōit suā ītē tionē. scđo ꝓseqt ī gn̄ali scđa ibi. sciēdū: uñ dicit sicut testat p̄hus in scđo physi. peccatū accidit ī natura



ſicut in arte. Et huius declaratio ad
māifeſtationē p̄ſentis negotii ꝓut
nūc cōpetit multū ualet:& dicit ꝙ
mōſtra ī natura uocāẛ īdiuidua alí
cuius ſpeciei q̄ excedūt curſum illi
us ſp̄ei & in aliqua parte cōueniūt
ſicut cōtingit uideri ī hoībus non
hn̄tibus niſi unū pedē uel unā ma-
nū . Et poſtea ponit cās ꝙ ipſi pħi
dicūt iſtud miraculū naturæ pluri
bus mōis euēire:aliqñ.n.ex dimiū
tōe materiæ:aliquādo ex ſuphabū
dātia ipſius. Ex diminutōe cōtigit
pluribꝰ modis qa aut ip̄a dimiutio
totaliter ineſt ipſi materiæ:& tunc
natura ſagax facit q̄ cōpletius pōt:
nā cū principalia mēbra fuerit for
mata & illis formatis & diſpoſitis
ſtudet ad formāda cætera mēbra
& tūc format diminutā partē qa ē
dimiuutio ī materia & hoc pacto
cōuēit ꝙ caput fit minus q̄ natura
reqrit illius indiuidui particularis
poſtea exponit ſe ꝙ non loquiẛ de
indiuiduo tali ſicgenerātis quia ſi
dimiūtio ī materia p̄iacēti formæ
nō affuiſſet caput formatū ſub di-
minutōe nō fuiſſet. Alio mō dimi
nutio materiæ attribuiẛ alicui par
ti generāde ſpecialiter. unde ſcd̄m
intētū philoſophi multis locis ex
quattuor primis corporibus ideſt
quattuor elemētis cōſurgit oē qdꝰ
mixtū ē quia illud qdꝰ ē de natura
ignis cædit in ſuū ſimile. & id qdꝰ
de natura terræ ī ſuū ſimile &c. Po
ſtea dicit ꝙ ex iſto nemo credat uł
opineẛ elemēta eē formaliter imi-
xto:hoc enī ē cōtra pħum p̄rio de
gn̄a:ubi uult ꝙ elemēta ſūt uirtua
liter & nō formaliter immixto:&
mō ex iſtis poſſibile ē aliquādo ip
ſum ſemē hr̄e ꝓportionē diminu
tā ex parte alicuius ſpecialis elemē
ti:& ſi diminutio ē ex parte terræ
tunc diminutio ē ī oſſibuſ & ſic de
aliis : & ideo cōtingit aliquādo di
minutio in uno pede uel brachiis.
Nota ꝙ ex hac lr̄a ſumiẛ diffinitio
mōſtri.ſ.ꝙ mōſtrū eſt peccatū ī na
tura id ē mōſtra ſunt gn̄ata a natu
ra cū aliquo defectu uel ſupfluita-
te naturali q̄ natura ſpecifica ꝓdu
cere non ītēdit:quēadmodum cō
tingit ī artificibus ꝙ aliquādo ab
artifice ꝓducaẛ forma p̄ter uolūta-
tē eius intēta. Vnde ſciēdū ꝙ quā-
docūq; materia deficit ī generatio
ne tunc quādo incipit formare fœ
tum. Prio formātur principaliora
mēbra qa minus principalia ſunt
minus neceſſaria nā p philoſophū
tertio de aīalibus natura ſemper fa
cit id qdꝰ melius & perfectius ē ex
rebus poſſibilibus : unde ſciēdū ꝙ
oē mōſtrū generatur ex parte ma-
teriæ: igiẛ uel ex parte defectus ma
teriæ uel ex eius ſupfluitate . Si ex
defectu hoc dupliciter uel ſecūdū
q̄titatē cōtinuā:& ſic tale monſtrū
hēt mēbra nimis parua qa manus
pedes &c. minora hēt q̄ natura illi
us īdiuidui ſpecialiter requirit: uel
ille defectus fit ſecundū quantitatē
diſcretā & tunc tale mōſtrū hēt de
fectum ī aliquibus mēbris.ſ.ꝙ ſibi

deficiat aliqđ membrum puta bra
chiū pes &c. Si uero generet̃ mon
strū ex superhabundātia materiæ
hoc etiā fit dupliciter sicut primo
uel secundū cōtinuā q̃titatē uel dis
cretā:si prio mō tūc mēbra sunt ni
mis magna qa sunt maiora q̃ natu
ra illius īdiuidui particulariter req
rit. Si aūt secūdum q̃titatē discretā
tūc hn̄t plura mēbra q̃ natura req.
rit qa aliqñ generatur hō cū sex di
gitis ī māu uel duobus capitibus.

¶ Est igit̃ ītelligēdū adhuc
ꝙ nō solū mōstra accidūt ex
pte diminutiōis: sed qn̄q; ex
malitia matricis q̃ scilicet lu
brica & malitiosa fuit & totū
semē nō recipit sed etiā pdit.
Aliquādo aūt anteq̄ totū se
mē in massam suā colligat̃ p̄
occupat̃ uia & clauditur ma
trix & semp sic modicū semi
nis recipit̃ a quo debet fœtꝰ
formari. Et hn̄t ista speciales
mores sub se qui plures sūt.
Quoꝶ qdā ex parte coitꝰ hu
iusmodi accipiūt sed de hiis
narrare satis multū ē & ideo
ommittamus hic & ad hunc
modū & ad aliū subsequētē
multū cooperat̃ inordīatus
coitus quia aliquando pro
pter nimiam uelocitatem co
eundi uel uehæmentia mo
tum materiale facit diminu
tionē ī semīe & aliqñ ut qui
dā dicūt inordinatus coitus
ex eo fit ꝙ tūc tēporis quādo
femella est cū uiro in coitu ip
se masculus inordinate iacet:
& etiam femella & faciūt tūc
menstrua inuicē. Vnde nar
ratur de quodam qui in late
re tempore coitꝰ iacuit super
femellā & generauit unum
puerum in uno latere curuū
& in pede claudum & in cau
sa huius ex inordinatiōe pro
cessit coitus ab illo uiro.

¶ Hic ostēdit cās generatiōis ex
parte matricis continētis ipm̄ fœ
tū. Et prio ostēdit qualiter mōstrū
generetur ex parte matris: secūdo
magis ostēdit effectū mōstri pue
nire ex superhabundātia materiæ
ibi. Alio uero modo. dicit ergo sic
ꝙ adhuc debemus scire ꝙ mōstra
non solū eueniūt ex diminutione
materiæ: sed aliquādo etiā ex ma
litia matricis quando illa fuerit lu
brica & malitiosa & nō tenet totū
semē sed ptē illiꝰ pdit:& hoc mul
tipliciter fit:nam aliqñ fit ex parte

coitus de quo nūc enarrare ualde
lōgū eēt:& iō ad pn̄s omitto & ad
huiuc modū & ad sequentē multū
operatur inordinatus coitus qa ali
quādo pp nimiā uelocitatem facit
diminutionem ī semine:& aliquā
do etiam inordinatus coitus fit ex
eo ꝙ ipse mas quādo ē in coitu cū
fœmīa si tūc inordinate iaceat uel
ipsa fœmina tūc fit mōstrū ī natu
ra. Vn̄ narrat᷑ de quodā iuuene ꝙ
tēpore coitus lateraliter iacuit sup
fœminā & gn̄auit pueꝝ ī utroqꝫ la
tere curuū & pede claudū. Et cā hu
ius fuit inordinatus coitus. Nota
prīo ꝙ ex parte cōtinētis sæpe cau
sat᷑ mōstrū qa aliquādo matrix est
male disposita ut quia nimis humi
da & uiscosa: ita ꝙ ex una parte re
manet aliqd de semīe: & ī alia par
te manet & retinetur: & sic fit mō
strū. Itē nota ꝙ ex parte efficiētis
quādoqꝫ generat᷑ mōstrū ex eo ꝙ
patet inordinate exercet talē actū
qa forte nimis agitat᷑ & mouet se
hinc inde in actu coeūdi. Et rō hu
ius est qa pp hoc semen diuidit᷑ &
spergitur hinc inde. Ex hoc enī fit
maxīa dissolutio seminis in matri
ce ita ꝙ una pars efluit & alia non
& sic causatur monstrū. Itē nota ꝙ
etiā gn̄atur mōstꝝ ex eo ꝙ aliquā
do mas inordinate iacet cū fœmi
na ut a latere qa tūc semē recipitur
ad locū quādoqꝫ indebitū gn̄atio
nis & ibidē cōprimit᷑ pp inordina
tū modū iacēdi. Gratia cuius ē sciē
dū ex quo tot uitia cōtingūt ex in-
ordinato coitu ꝙ coitus nō debet
fieri nisi gratia prolis: ideo dicunt
medici ꝙ bonum ē scire modum
coeundi debite qui modus ordi-
natus est iste. Supposito primo ꝙ
mas & fœmina adinuicē ꝓportio-
nētur in cōplexionibus ita ꝙ sint
tēperati in qualitatibus & ordina
ti in cibis & potibus & aliis sex re-
bus non naturalibus ut est motus
quies somnus uigilia & sic de aliis
tūc cibo digesto & sup̄fluitatibus
expulsis post mediā noctē uel ante
diē masculus debet excitare fœmi
nā ad coitum.s.ei iocose loquēdo
osculādo amplexādo ipsam & par
tes inferiores digitis confricando:
& ista oīa ideo fieri debent ut fœ
mina prouocetur ad appetitū coi-
tus ut ꝓpter hoc semina ex utraqꝫ
parte.s.masculi & fœminæ simul
concurrant in matrice quia mulie
res absolute loquēdo propter frigi
ditatem tardius emittunt semen ꝙ̄
uiri:& ex hoc multotiens impedit᷑
conceptum. Vnde cum fœmina in
cipit loqui quasi balbuciendo tūc
mas debet se erigere & ei commi-
sceri & illo tēpore ipa mulier non
debet hinc inde moueri ne fiat di
uisio seminis quia tunc monstrum
generaretur & etiam ipe masculus
debet paulatim coire & non debet
se multum eleuare sed debet se uni
re pectori mulieris ne aer subin-
grediatur mēbra īferiora: & īpedi
at cōceptionē ipsa semina corrūpē
do:& post effusionē seminis debet

masculus per modicā horā iacere supra mulierē sine motu ne sperga tur materia seminalis & fiat mon- strū & nō debet stati surgere quo usq; semē perueniat ad debitū locū: postea semina debet extēdere cru ra sua ut emaneat materia semina- lis ne mēbrū stet a petrū qa aer fri- gidus subintrās posset īpedire con ceptionē: postea mulier iaceat qe- te & dormiat. Itē nota ꝙ mulierē iacere sup latus dextrum post coi tum multum confert ad cōceptio nem masculi. Et super latus sini- strū ad conceptionē fœminæ &c.

Alio uero modo ex super habundātia materiæ quæ di minutioni opponitur: quan doq; fiunt mōstra sic multæ curositates ī mēbris. Si enim tūc materia suphabūdat ad partē deputatā ad caput tūc facit naturaliter monstrū & sic quādoq; duo capita. quā doq; duos pedes quoꝝ unus est maior alio secundum so- litum cursum naturæ illius.

Hic ostēdit specialē effectū uel effectus de ipsis monstris se tenēti bus ex parte habūdātiæ materiæ. Et prīo facit hoc. scđo cōfirmat di- cta sua ibi sed oībus istis. uñ primo uult tātū dicere ꝙ aliqñ mōstrum cōtigit ī natura ex suphabūdantia materiæ q̄ nimis super habūdāte opat̄: & hoc hēt multas cās specia les. Vno mō ex suphabūdātia ma- teriæ apparēt curositates ī materia qa tūc materia suphabūdat ī parte qa natura facere hoc pōt naturali ter: aliquādo enī duo capita facit: aliquādo duos pedes quorū unus est maior altero & multa similia. Nota ꝙ aliquādo mōstra fiunt ex parte causæ efficientis uniuersalis: ut ē a prīa cōstellatione seu uirtute cœli ut apparet p Galie. ī li. de sper mate ut. d. ꝙ aliquādo cōstellatio alterius aīalis respicit semē huma nū ad matricē mulieris effusum: & ꝑpter hoc aliquādo generetur hō cū capite unius uacce uel porci uel alterius aīalis bruti. Sic quoq; con clusio cōstellatio humana aliquan do recipit semē alterius aīalis & ex inde generatur aīal habens caput hoīs: unde recitat. d. Alb. in secūdo physic. de mōstris ꝙ semel uidit in una uilla uaccā generasse uitulum qui erat semihomo: qđ ipsi rustici uidentes putauerūt pastorē habuis se coitū cū uacca & ita uoluerūt ip sum cōburere: sed tūc Albertus su- perueniēs cōsiderauit per aspectus planetaꝝ ꝙ illud mōstrum sic erat generatū ex speciali cōstellatione & sic pastor fuit liberatus. Itē scien dū ꝙ huiusmodi mōstrū aliquādo generat̄ per specialē ymaginatio- nē uirtutis ymaginatiuæ p mulie rē existētē in coitu q̄ posset ymagi nari talē figura. Vnde possibile eēt



ꝙ fœtus scd͂m illā dispōeret. Et iō Galie. inhibet depingere tales figu ras in locis ubi mas & fœmina de bēt cōmisceri utputa ī camera &c.

¶ Sed omnibus istis est ma- ior effectus & mirabilior quē narrat. Albertus magnus de quadam cui generata fuerūt mēbra libidinis: unū ex parte uiri & aliud ex parte mulieris ita ꝙ poterāt incūbere & sub cūbere. Causa uero huius ori ginaliter trahit̃ ex suphabun dantia materiæ quia materia sufficiēs fuit primū generādi utrūq; mēbrū ex supfluitate talis seminis: ex quo talia mē bra generari solēt. Nota etiā ꝙ cōstellatiōes speciales sunt causæ ꝙ fit mōstrū ī natura. Si tamē illa raro contingūt & nō solū cōtingit ex constella- tiōe: sed speciali dispositione materiæ ad hūc effectū quo adiuuans quia actus actiuo rū sunt in patiēte disposito ut dicit philosophus in scd͂o de aīa de his mōstris dictū.

¶ Hic confirmat dicta sua p quos dā effectus naturales & sunt duo.

Primo ergo dicit sed oībus istis p̄- dictis adhuc uidetur eē mirabilior effectus de uno cui generata sunt duo mēbra genitalia unū ex parte uiri & aliud ex pte mulieris & po tuit uti utroq; huius cā euidenter trahit̃ ex superhabūdātia materiæ Nota primo ꝙ hic est dubium ex quo ex superhabūdantia materiæ in uno hoīe generant̃ duo mēbra unū muliebre & aliud uirile: quare potius natura nō ꝓduxerit in tali hoīe duo mēbra similia: dicit̃ ꝙ se queretur ꝙ aliqd supfluū faceret natura qđ falsum ē ut patet p Ari- stotelē prīo cœli &. 12. meth. & cō sequētia etiā faciliter patet qa si in aliquo hoīe ꝓducerēt̃ duo mēbra similia tūc id qđ pficeretur cū uno posset perfici cū altero & sic unū il lorū fuisset superfluū. Sed iterū du bitatur utrū ille qui habet duo mē bra sit perfectior illo qui nō habet nisi unū. Et arguitur ꝙ sic quicūq; habet plures operationes est perfe- ctior illo qui habet pauciores: sed ille qui habet duo mēbra hēt plu res operatiōes. ergo &c. maior est nota per Cō. 8. metha. quia opera- tio procedit a forma: sed a forma ꝓcedit perfectio primo phi. & mi nor patet qa pōt succūbere & incū bere. Ad hoc dicitur ꝙ ille non est perfectior qui habet duo membra quia est mōstrū in natura imo est potiūs cōtrariū perfectionis cū sit peccatū in natura. Et ad probatio nem dico ꝙ aliquod membrū nō

